Diſſertatio Academica

De

TEMPESTIVITATE ÆTATIS HUMANÆ.

Quam

HEINRICUS III.

&

HEINRICUS V.

Junioris Lineæ FRATRES

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RUTHENI

DOMINI A PLAVIA, &c

Actum gubernante

DAVIDE SCHEINEMANNO, U. J. D.

Illuſtris Colleg. Tubing. Prof. Publ. &

Conſiliario Wirtenbergico;

publico examini exponunt

Ad diem XIV. Auguſti.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN HEINRICI REISII.

cIɔ ɔIc LXVIII.

SERENISSIMO. AC. CELSISSIMO.

PRINCIPI. ET. DOMINO.

DN. EBER-
HARDO III.

WIRTENBERGIÆ. ET.

TECCIÆ.

DUCI.

MOMBELIGARDI.

COMITI.

HEIDENHEMII.

DYNASTÆ.

&c.

PRINCIPI. INCLYTO.

ET. FELICI.

JUſtum & noſtrâ dignum condicione exiſtimavimus, ut ſub Tuo potiſſimùm, *Princeps gratioſiſſime*, auſpicio, ad tyrocinia noſtra in publicum procedamus. Id enim vota noſtra intendunt, ut ad Principalis Tui decoris ſplendorem, quem ceu præſens & tutelare numen pueritia hactenùs noſtra, ſubmiſsâ cum veneratione ſuſpexit, omnia nobis peragantur, quæ Tuæ ditionis hoſpites Tuo impendimus obſequio. Prætextam proximè eramus, cum Principalis Tui favoris obnoxii, divinam Palladis aulam, quam undique celebrata WIRTENBERGICA Magnificentia, omni Nobilitati, in *Illuſtri Tubingenſi Collegio* pandit, ingrediebamur. Heic ſeptem omninò Celſiſſimis Juventutis Principibus immixti, & cum aliis noſtri ordinis Illuſtribus, ad quadriennium decentibus Juventam noſtram operati ſumus artibus. Interim plurimam Tuam gratiam, omnisque præCelſiſſimæ

ſiſſimæ Aulæ Tuæ favorem in tantum perſenſimus, ut ſi facundiſſimè laudaverimus ea omnia, licet Tibi, Principi humanitatis abundantiſſimo, gratioſâ acceptione; nondum tamen nobis exſolutione devotæ, altèque conceptæ gratitudinis, ſatisfaciamus. Id effecerimus tamen, ut tanti Principis favore perciti, audentiùs ad ea graſſemur decora, quæ rudimenta iſta, ſub Tuo, *Princeps feliciſſime*, auſpicio depoſita, nullo degenere receſſu fallant. Permitte ergò, ut gloriæ noſtræ id tribuamus, ſubmiſſum noſtrum cultum & obſequia Tibi non diſplicuiſſe. Permitte etiam, ut quæcunque porrò ad majorum exempla enitentibus accedere poſſint idonea miniſteriis Superiorum, tanquàm Tuæ gratiæ initiata, Tibi, Principalique omni Domui Tuæ, debita & propria mancipemus, addicamus. Cujus rei obtinendæ certi, præſens exercitium Academicum de Ætatis tempeſtivitate, quantum illud noſtra nobis immatura ætas permiſit, tum Tuæ accom-

accommodatæ gratiæ, tum devoti noſtri animi teſtem ſiſtimus, quo publicè profitemur, omnem ætatem noſtram Tibi, Tuisq; mandatis fore ſacram. Quo voto nunc diſcedentes, & proſperam vigentemque Tibi longævitatem precati, benignam exoſculamur dexteram Tuam, beati ex Tuo permiſſu ut dicamur

SERENIS. T. CELSIT.

obſequentiſſimè devoti

Heinricus III. &
Heinricus V. Junioris
lineæ Fratres Reussi,
Domini à Plavia &c.

ERRATA.

PAg. 1. *n. I.* SIN. *pag.* 4. *n. IX.* domeſticas. *pag.* 7. *n. I. in princ.* excitatos. *ibid. in fin.* operam. *ibid.* quã Iuri modum &c. *ſine commate; pag.* 12, *lin.* 4. adjudicatum. *pag.* 17, *n. III. lin.* 4. corporis. *pag.* 19. *n. VII. lin.* 3. etiam. *p.* 22. *n. I. lin.* 9. flammas. *p.* 25. *l.* 9. mutationem. *p.* 26. *n. X. l* 4. Iuſtinianus. *p.* 30. *l.* 9. perquàm. *p.* 44. *n. X. lin.* 6 años. *ibid lin.* 8. llega. *ibid. lin.* 9 años. *ibid.* y tienen de vejez. *ibid. lin.* 10. años. *lin.* 12. años. *lin* 14. años. *pag.* 49. *n. XXI.* Accurſius. *ibid. n. XXII. lin.* 3. quoad. *p.* 51. *n XXX.* deſtruimus. *p.* 52. *n. XXXI. lin.* 5. opionem. *p.* 56. *n. VI. l.* 4. robuſtiſſima. *p.* 74. *n. VI. l.* 20. 1139. *p.* 75. *l.* 5. Comites. *p.* 81. *l.* 5. repetimus. *p.* 96. *ſummar. XIII.* Adventitio. *eád. pag. in ſummar. facta eſt tranſpoſitio articulorum XIX. & XX. qui ita ordinandi: XIX.* de tempeſtivitate Infantum, & aliorum Minorennium ad acquiſitionem. XX. An Infans habeat dominium. *pag.* 103. *lin.* 2. habet. *ibid. lin. antep.* accipientem. *p.* 104. *lin.* 27. Vlpianus. *ibid. lin. ult.* naturalis autem ſi quæ adſit obligàtio. *ſine diſtinctionibus.*

C. D.

DE TEMPESTIVITATE ÆTATIS HUMANÆ.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

Quid ætas, quid tempeſtivitas ætatis.

I. II III. Ætatis vox variè examinata.
IV. Ætas ſpecialiter in Homine.
V. Ætas cum effectu, vulgariùs accepta.
VI. Magis propria ætatis conſideratio Naturalis.
VII. Conſideratio Civilis. Ætatis deſcriptio vulgaris rejecta.
VIII. Ætas humana definita.
IX. & X. Ejus materiale.
XI. Fundamentale.
XII. Formale.
XIII. Quid tempeſtivum, & tempeſtivitas.
XIV. Quid ætatis tempeſtivitas.

I.

AEtas ab ævo deducta: Veteres enim ævitas dixerunt, ut Lege XII. Tabb. SIN. JUS. VOCAT. SI. MORBUS. ÆVITAS. VE. ESCIT. &c. Commutantur hæc inter ſe vocabula, proximamque in latinitate ſervant mutuâ functione cognationem. Unde ex primis iſtis ſuis natalibus nihil aliud, quàm tempus & durationem aliquam denotare, atque per omnes temporis partes commodè uſurpari illa conſtat ex Lexicis. *Gell. N. A. 20, 1.*

II. Exinde in laxiori ſenſu omnibus promiſcuè rebus, animatis & inanimatis, adſcribitur ſua ætas, quod nec Juris noſtri Autoribus inſolitum, ut alios taceamus. Ita Impp. Arcadius &

in L. 16. C. de Operib. publ. L. 58. D. de Leg. 1.

Honorius *ædes ætatis ſenio* concuſſas, quamvis non ſine figura, dixerunt. Magis abuſivè, nec minus tamen eleganter Papinianus *ætates ædium* dicit; ubi tamen nihil ſignificat aliud, quàm durationem ædium reſtitutarum, ita ut ſumptus, in reſtitutionem ædium facti, à fideicommiſſario reſtituendi quidem ſint fiduciario, ſic tamen, ut hîc conſideretur & æſtimetur, quamdiu ædes reſtitutæ duraverint; v. gr. Si ante 50. annos heres fiduciarius reædificaverit ædes exuſtas, & 100. fl. impenderit, interea autem temporis iterum deteriores fuerint factæ, ut tempore fideicommiſſi centum floren. ampliùs non valeant, ſed tantùm 30. quo caſu non integri ſumtus reſtituendi, ſed æſtimandum & deducendum eſt, quòd diu apud fiduciarium exſtiterint, ſeniumque jam aliquod induerint: Unde tantùm ſaltem eſt reſtituendum, quantum ædes meliores ſunt tempore reſtitutionis fideicommiſſi. Atque ita iſtam legem interpretantur Bartolus, Baldus, Jaſon. Fruſtrà adeò eſt Cujacius, qui Papinianum per ætates intelligere amplitudinem, ſeu ſtaturam & quantitatem ædium aſſerit, quod & adverſus Johannem Bodinum, quem transſcriptione lividâ Andium ſine bono dicit, defendit mordicùs. Licet enim nullus ipſi negaverit, ἡλικίας vocabulum, & ætatem & ſtaturam ſuo idiomate denotare: vix tamen ulli perſuadebit antè, eundem per omnia ſenſum recipere apud Latinos ætatis vocem, quàm iſtud bonis autoribus receptum ſufficienter probet.

ad d. l. Vid. Ioh à Sande, Deciſ. Friſ. l. 3. t. 15. d. 4. 6. Obſerv. 3. vid. Bodin. de Rep. l. 4. c. 2. 18. Obſ. 38.

L. 26. §. 12. de Condict. Indeb.

III. Similem ferè in modum Ulpianus ex Celſo refert, quod *ætas temporis* cauſam operarum mutet: Ubi temporum varietatem, quæ morum humanorum trahit vices, indigitare videtur, quomodo Autor de Oratoribus, Taciti vulgo nomen præferens, eodem ſenſu dicit: *mutari cum temporibus formas & genera dicendi.*

18, 2. & 19. 2. ſeqq.

IV. Specialiùs tamen Ætas deducta eſt ad decurſum, ſeu tempus vitæ humanæ, cujus ambitum & viciſſitudinem omnem iſta vox, adſcitâ adjectivâ aliquâ, ex gr. ineuntis, provectæ, ingraveſcentis, præcipitatæ &c. egregiè circumſcribit. Quâ ratione etiam *Ætas humana* ſignificantiùs audit.

V. A nuda hac vocis conſideratione, ad aliam efficatiorem, & rea-

& realitate aliquâ pollentem, progredimur. Ubi iterum vulgariùs etiam accipitur ætas pro *Ordine naſcendi*, ut dicat reſpectum moralem inter plures, quos inter ordo aliquis ratione temporis obſervandus. qualiter uſurpatur in Jure primogenituræ, & ſimilibus prærogativæ aliisque cauſis. Ita apud Livium Perſeus ad- *XL. 9.*
verſus Demetrium Fratrem minorem natu: *regnare utique vis; huic ſpei tuæ obſtat* ætas mea &c. idem tamen ſignificantiùs mox per ordinem deſcribit: *cupit regnum, & quidem ſceleratè cupit, qui tranſcendere feſtinat* ordinem ætatis. Nimirum in uno *c. 11.*
ſolo ſubjecto talem ætatem fruſtrà quæras, cum ordo plurium ſit. Primogenitus tamen quis eſſe poteſt, licet poſt ſe genitum habeat nullum. quomodo & primus eſt quem nemo anteceſſit, etiamſi nullus ſequatur. de quo ad Matth. 1. verſ. fin. notant Eruditi.

VI. Magis propriè ætatem in quolibet ſeparatim agnoſcimus, ita ut homo exinde, qualitate aliquâ, non in reſpectu ad alios, ſed ad ſe & ſuos actus æſtimetur. Atque iſtam ſignificationem aliter Naturalis ſcientia explicat, aliter Moralis, quam vocant, ſeu Civilis. Naturales quidem Philoſophi non in ſimplici temporis dimenſione hîc acquieſcunt, ſed Ætatem humanam potiùs definiunt *ex internis quibusdam calidi & humidi mutationibus.* Indignum enim habent, admirandæ potentiæ Magiſtram Naturam ſolis numeris, ut rei ſterili, alligare. Prout ergò Natura in corporis humani mutatione per caloris nativi, in humidum primigenium, vim operoſa eſt, ita quoque ætas aliqua conſtituitur, & per hanc aptitudo, ſeu ineptitudo ad actus naturales ætati illi convenientes. Unde pro gradibus mutationum iſtarum, varii etiam gradus ætatum exſtruuntur. *Daniel Sennert Inſtit. Medic. l. 1. c. 4.*

VII. Moralis ſeu Civilis Ætatis conſideratio, cui nos vacamus, naturalem illam in conſilium meritò advocat; quippe à quâ de corporis mentisque facultatibus, ſine quarum exactâ cognitione, ut alia, ita hæc ætatum præcipuè doctrina fruſtra tentatur, legitimam colligit ſcientiam. Illuſtrior nihilominùs hæc eſt, ut quæ non in ſeſe terminatur, ſed tendit ad reſpectum, & uſum Civilis ſocietatis. Hinc mirari ſubit, pleroſque & præcipuos JCtorum in deſcriptione ætatis humanæ ſubſtitiſſe in nudo

illo, quem ſupra tradidimus, & ignobiliori ſenſu, dum conſpiratione quaſi factâ unanimiter ferè edicunt, Ætatem homnis eſſe menſurationem temporis ſeu ſpacium vitæ hominis, ab ejus nativitate ad obitum: Ut merito ſuo vapulent à Paulo Zacchia in quæſtionibus Medico-legalibus. Etenim temporis ſimpliciter accepti, ut inutilis quantitatis, præprimis in moralibus nulla efficacia eſt: cum tamen Ætati inſignes effectus neceſſariò tribuat Civilis Prudentia.

l. 1. t. 1. qu. 1. n. 2. & 3.

VIII. Unus nobis viſus eſt Magonius altiùs hîc quid ſapere, qui ætatem hominis definit *Subſtantiale quoddam perſonæ, ſecundùm quam ætatem quis prædicatur ſcire & alia facere.* Sed cum omnia ferè hîc ambigua, obſcura & imperfecta ſint, tentabimus noſtram de hâc re mentem declarare, ut dicamus, Ætatem hominis eſſe, in ſenſu morali, qualitatem perſonæ, quâ illa, ex temperamenti conſtitutione & determinatione annorum, ad actus civiles habilis & inhabilis exiſtimatur.

p. 2. Deciſ. Florent. 13. n. 1.

IX. Cum enim homo ob animalem ſubſtantiam, ex naturali ſua ſtructura, intra ſe domeſticas mutationum ſuarum foveat cauſas, dum nimirum Calor nativus, Humidum illud primigenium perpetuâ actione pedetentim depaſcitur, atque ſic temperamenti formam mutat, unde alia ſemper homini inducitur ratione potentiarum naturalium, quæ vehiculum quaſi ſunt actionũ moralium, qualitas: inde haud dubiè infertur, iſtam temperamentorum Conſtitutionem materiale quoddam ætatis humanæ conſtituere, quod ſcitè admodum *ſemina ætatum omnium in nobis exiſtentium* vocavit Seneca.

4. de Beneſ. 6.

X. Iſtam tamen mutationem intrinſecam certis quibusdam terminis & annorum à nativitate hominis curriculis determinavit Obſervatio, optima rerum, imprimis naturalium, Magiſt a; non quidem, ut liberrimam Naturam ſervilibus terminis & cancellis includerent, ſed ut ſibi punctum tamen aliquod ſtatuerent Artifices, unde utplurimùm alterationum deflexiones ſpeculari liceret. Inde factum, ut Ætatum æſtimatores extrinſecum annorum fluxum pro interna temperamentorum conſtitutione, quatenus illa ſimul temporibus diſtinguitur, arriperent aliquidque idem notans

notans ex iſtis exſtruerent. quomodo anni puellares, pueriles, viriles &c. non ignoti tali ſenſu ſunt latinæ civitati. Sic etiam apud Dionem Chryſoſtomum legimus: *Juvenem ſenemque tempus facit.* Et Tertullianus: *num & ordinem vitæ, quem ſortita ſunt tempora,* (ætates humanæ) *pariter cum corporibus deſtinatum, pariter anima hic decurret.* Quo modo etiam definitiones ætatis vulgares excuſari poterunt. *Orat. 74. de anima. cap. pen.*

XI. Cæterùm Homo non propter ſe conditus eſt, nec ſecum ſolus ſibi & neceſſitatibus ſufficit, ſed ſociali vitæ deſtinatus, ſociam operam experitur & impendit ex Lege Societatis, prout ejus vel indigens, vel officio ſuo aliis ſubvenire aptus jam eſt. Utrumque etiam ex ætate contingit; quatenus ex vili maſſa, per partes quaſi, intra plurium annorum excurſum Natura nos ad eam formam evehit, qua corpore animoque demum hominem profiteri poſſimus. Neque enim perforato matris utero, vagari ſtatim, liberè & de neceſſariis proſpicere viperarum in morem nobis eſt conceſſum. Multo tempore opus eſt, quo quaſi aſſuefactione eò perducimur, ut connatarum facultatum modum expleamus. Interim quod adeò ſingulis deeſt, univerſitas ſupplet eo modo, quem conſociationis ratio requirebat. Ratio illa ſeu lex & regula, quæ omnia ad juſtum finem dirigit, ſolicitam hîc exſerit curam, dum cuique pro virium capacitate ſua munia elocat, & prudenter diſponit, ne vel imbelliores firmiorum ſuffulcimento defraudentur, vel juſto citiùs ad id adſpirent, cui ſufferendo pares non ſunt, aut aliàs periculum ſibi arceſſant. Id autem ad ætatis menſuram providè præſtat: Unde facilè patet, quod tali modo fundamentum ætatis, & id, quod qualitatem ejuſmodi mortalibus indit, ſit Lex Societatis, qualiſcunque tandem.

XII. Atque cum iſtis, ipſa demum exſurgens ætatis eſſentia, præ aliis in homine qualitatibus ſe præclarè oſtentat. nimirum hâc mediante habilitas ejus ad actus Civiles ex annorum augmento æſtimatur Tota iſta ergo habilitas, in univerſo jure regulariter, & ubi cum effectu juris uſurpatur, uno verbo ætas dicitur, & noſtri nunc argumenti eſt. Subinde tamen & vulgarius loquentes, excuſationem merebimur à Sapientibus.

XIII. Præfatæ aptitudinis ex ætate homini accedentis principium intrinſecum, cùm ad temporis modum à Lege indigitetur, tempeſtivitatem haud incongruè, cum Cicerone, nunc
Caton. Maj. c. 33. dicemus. Ita enim ille: *Sua cuique ætatis parti tempeſtivitas eſt data: ut & infirmitas puerorum eſt, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis ætatis; ita Senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat.* Etenim omnis ex ætate habilitas, temporis, ut porrò dicetur, definitionem requirit. Ex tempore autem tempeſtivum deducitur, notatione, quam Scholæ vocant, concreta, quâ deſcribitur qualitas alicujus Subjecti ex appropriato tempore. quomodo tempeſtiva convivia dicta ſunt, & tempeſtivum ad navigandum mare. Inde denique *tempeſtivitas* eſt, ordine quidem grammatico poſterior, ſed logico prior, quæ ejusmodi qualitatis principium exprimit: cui ex oppoſito ſtat *intempeſtivitas*, quâ incommoditas temporis cum effectus
N. A. III, 16. inutilitate (quia cauſa inutilis) ſignificatur. Ita Gellius octavi menſis intempeſtivitatem dicit ratione partûs, cui nullus effectus juris erat tribuendus.

X I V. Sic ergò Ætatis tempeſtivitas nihil erit aliud, quàm ætatis humanæ juſta legitimaque, & ad actiones civiles naturaliter proportionata definitio & dimenſio. Habebit tamen iſta definitio, juſta ſua principia, per quæ in objectum ſuum legitimis modis dirigatur. Atque huc redibunt, quæ deinceps diſſertatio noſtra effundet.

CAPUT II.

Unde conſtituatur & dirigatur Ætatis tempeſtivitas.

I. An Natura ſufficiat definienda ætati morali.
II. Quomodo Ius Naturæ, & Gentium definiat.
III. & IV. Lex poſitiva verè definit ætates.
V. Statuto definitiones communes immutari poſſunt.
VI. De Conſuetudine.

VII. De Privilegiis.
VIII. Suppleri poteſt ætas.
IX. Judicis arbitrio quando hic locus ſit.

I.

CUm qualitas ætatis, quam ſua cujuslibet Tempeſtivitas definit, magnam partem in Natura reſideat, ita ut exſurgentes paulatim ſpiritus, & excitatos ætatibus appetitus ad naturalem obſervationem ſpectent: inde plurimùm etiam circa Tempeſtivitatem ætatum ſuſpici decet potentiſſimam rerum dominam Naturam, ejusque hîc imperium agnoſcere. Agit quidem provida Mater ordinem ſuum, & hîc perpetuò diſponit, ut ætas ſuccedat ætati; verùm quoniam occultè, & intra ſe operatur, non dignoſcitur antè, quàm in effectis præſens ejus virtus ſe oſtendat. Unde ætates, niſi in latitudine aliquâ, definire, impoſſibilibus añumerat ipſe Galenus. Varietas temperamentorum, tum inſitorum, tum adſcititiorum, aliaque accidentia, non admittunt naturaliter idem in omnibus temporis punctum. Demùm ad noſtram ætatem definiendam ſola non ſufficit Natura, cum hæc moralem finem ſpectet, ubi potentiæ naturaliter ſæpè ætati præſentes, abeſſe tamen à Lege jubentur: & contra amplior interdum poteſtas à lege eſt ætati, quàm pro viribus naturalibus. Sociam tamen hîc oparam naturæ tribuimus, quâ Juri, modum definitionis fideliter ſuppeditat.

II. Jure ergo opus erat; quod ut actiones humanas dirigit; ita etiam determinat id, ex quo homo, reliquis omnibus ſe rectè habentibus, actionis capax redditur. Idque taliter exiſtimamus procedere: Conſociavit Cives æqualitas & par juris ratio; inter æquales autem Jus ipſum naturæ videtur ſimpliciſſimum ordinem ex ætate & nativitatis tempore ſtatuiſſe. Hinc iſto jure præſcriptum videtur, ut, quantum fieri poſſit, tempeſtivitas cujuslibet ætatis definitis affigeretur terminis, quo inæqualitas, indeque injuriæ ſenſus, (quæ ex naturæ interdum præcocitate, interdum ſegnitie, aliàs evitari non poſſent) elideretur juris paritate. Quod fundamentum reſpexit in certa ſpecie Cicero, ubi ſcribit: *Leges annales attulit ambitio, ut gradus eſſent petitionis* *Philip. 5. c. 47.*

inter

inter æquales. Id quomodo ab gentibus, quibus cultam ſocietatem ſervare ſtudium fuit, ſit agnitum, in partibus deinceps, pro inſtituto noſtro, dicetur.

III. Verùm Jus naturæ ex talibus principiis ad congruam definitionem in rectâ ratione tantùm concludit: non tamen ponit lapides, & terminos ſignat; ſed poſitivæ id Legi relinquit expediendum. Cum enim *ætas ex natura ſuâ incertum quid ſit.* uti Heringius probat, opus ſanè fuit, Lege Civili annorum numerum ætatibus præſcribi, quia, dicente Cujacio, *natura Lege ex annorum numero certa earum definitio non eſt.* In eo tamen ſic verſatur prudentia Legislatoria, ut naturæ Civium, locique (de quo pluribus agit Bodinus) intenta, id conſtituat, quod maximè illi conveniens eſt, & quod ut plurimum contingere obſervaverit. Neque tamen anxiè puncta naturæ metitur, ſed ubi infirmitati ætatis ſuccurrendum, latiùs ejus annos extendit, & ſtrictiùs momentis inhæret; quæ, ubi favor & utilitas aliud exigunt, non ſine ratione laxat.

de Fidejuſſorib. c. 27. p. 2. n. 66.
ad l. 2. D de Excuſ.
de Republ l. 5. c. 1.
arg. l. 3. §. 3. de Minorib. L. 8. D. de Munerib. & honor.

IV. Unde licet in definiendis ætatibus, quantum fieri poteſt, Natura obſervetur: licet etiam Jus naturæ præcipiat, ut cuique juxta naturales facultates, quæ ætatum terminis diſtinguuntur & cognoſcuntur, id quod ſuum & debitum videtur, tribuatur; de quo Tertullianus, *Ethnici*, inquit de Romanis, *tempus obſervant, ut ex Lege naturæ jura ſua ætatibus reddant*: tamen ipſam definitionem, adeoque ætatum tempeſtivitatem, à mera legis poſitivæ diſpoſitione dependere, ex jam dictis conſtat. Ut inde cuilibet Legislatori liberè hâc ratione præſcribere liceat, quid æquiſſimum, quidque Civibus ſuis maximè conveniens cenſebit. Quomodo in Republ. Romana diverſis legibus, diverſæ ætates deſcriptæ ſunt: & quædam illarum ita, ut vix cauſam, quare illo præciſè anno terminetur, nec ex Jure gentium, nec aliarum Civitatum inſtitutis reperire liceat. quod agnoſcit in termino Perfectæ ætatis acutiſſimus Bachovius, fruſtra contradicente Vinnio.

de Virginib. Veland. c. 11.
ad pr I. de Curat. Verb. adhuc tamẽ ad d. pr.

V. Quâ ratione ex literis D. Pii probat Calliſtratus, Leges cujusque loci reſpiciendas eſſe, ſi quid ratione munerum civilium

L. 5. §. 1. de Jure immun.

vilium de numero annorum ſeu ætate ſtatutum ſit. Et de obligatione ſtatuti, quod definit ætates aliter, ac commune Jus, reſpondet Corneus, validumque ejusmodi Statutum pronunciat ex aliis adductis Horatius Carpanus ad Statuta Mediolanenſia, Sfortia Oddus, & plures adducens D. Mylerus ab Ehrenbach/ Etologia, c. 2, n. 4. ſeqq. *V. 3. Conſ. 108. n. 6. cap. 452. n. 7. de Reſt. in integr. p. 1. qu. 2. art. 6.*

VI. Idem etiam de Conſuetudinibus diverſorum locorum exiſtimandum eſt, quas itidem circa ætatum finitiones ob ſervandas eſſe reſpondit Calliſtratus, & Principalibus reſcriptis id præceptum eſſe tradit. *L. 11. de Decur. vid. Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. t. 2. art. 7. n. 22.*

VII. Inde & ſingulari Jure tempeſtivitas ætatis certo Ordini, certisque Familiis, aliter quàm Jure communi, conſtituta reperitur. Qualis inſignis privilegiata pleniſſimaque tempeſtivitas ætatis perfectæ definita eſt in Aurea Bulla Sereniſſimo Electorum Secularium Ordini. *c. 7. §. 2.* Et de Familiis Illuſtrium Germaniæ obſervatio paſſim teſtatur, quod pactis Gentilitiis, ſeu præſcriptione, ſeu expreſſâ Imperatoriâ auctoritate confirmatis, peculiarem ætatis terminum acquiſiverint, quo impleto, pleniſſimo jure adminiſtrationis ditionum ſuarum idonei reddantur. Ita exhibet Reinkingius privilegii ſummam, quo à Ferdinando II. glorioſiſſimæ recordationis Imperatore, anno ſeculi noſtri XXV. die XVIII. Novembris, Domino Georgio Haſſiæ Landgravio ejusque Liberis, & deinceps deſcendentibus maſculis, ad quos juxta Familiæ ſtatutum regimen Principatus perventurum eſt, conceſſum, ut impleto anno decimo octavo, ad inſtar Electorum, adminiſtrationem Principatus, ac ſi legitimam ætatem complevisſent, ſuſcipere poſſint. *Limn. ad A. B. c. 7. §. 2. Obſ. 17. de R. S. & E. l. 1. cl. 3. cap. 12. n. 57.* De Comitibus Hohenloicis, exſtat in literis Veniæ à Rudolfo, inclytæ memoriæ Imperatore, perſcriptis, memorabile ejusdem rei monimentum. Sic enim ibi: So würde Er (Graff Ludwig Eberhard zu Hohenlohe) doch in Krafft deren von uns *confirmirten* und bekräfftigten Gräflichen Erbeinigung angeführte Volljährigkeit im 18ten nechſtfolgenden Jahr erlangen. Alia ſimilia, nunc ſponte omittimus. *apud Limn. t. 4. I. P. ad lib. 2. c. 9. n. 151.*

VIII. Eodem ex fonte fluit & ſuppletio ætatis, variis ex

cauſis à Jure conceſſa & agnita. Quæ omnia, niſi in poteſtate Legis poſitivæ id reſideret, nullius eſſent juris.

VIIII. Tandem quâ parte nulla vel lex, vel Conſuetudo, ætatis tempeſtivitatem dicit, quod certis ex cauſis evenit, ibi ad *Legis auxilium*, uti Judicem vocat Eguinarius Baro, acceditur. Talia enim Judicis arbitrio commiſſa eſſe, certum eſt. Requirunt enim etiam circa hæc cauſæ nonnullæ, ut Diſceptatoribus relinquatur judicium: cùm varia incidere poſſint, quæ non ex annorum numero, ſed ex naturali Perſonæ conſtitutione ſint decidenda.

de Divid. & indiv'id. c.4. n 11.
arg. l. 1. §. fin. D. de Iure delib. ibi Dd.
Vid. Ariſt. 1. Rhetor. 1.

CAPUT III.

De eo, quod definitionem ætatis recipit.

I. Homo tantum tempeſtivitatis ætatis capax.	*IX. An in Beſtiis ſit ætatis tempeſtivitas.*
II, III. IV. V. Non excluditur Infãs cõtra Hobbeſiũ, & alios.	*X. An in Angelis.*
VI. Non ſexus ſequior.	*XI. An in Animabus ſeparatis.*
VII. & VIII. An in ſummo Principe ſit ætatis definitio.	*XII. An in cadaveribus defunctorum.*

I.

DEfinitionem & terminationem tribuimus ætatis tempeſtivitati: unde finium capacia ſint neceſſe eſt, in quibus definito hæc operas ſuas exerceat. Quod ipſum cum hîc fiat ad temporis menſuram, *Finitum* tale requiritur, in quod agat hæc finitio, quod *in duratione* vocant Philoſophi, & quidem *temporis*, quod & incipit, & eſſe deſinit: à quo diſtinguunt finitum in duratione ævi, quod quidem incipit, ſed non deſinit. Imprimit autem iſta definitio habilitatem ad actûs civiles: quorum, inter finita temporaria, ſubjectum vix reperias aliud, niſi Hominem. Is enim animal naturâ civile ab omni ſaniore philoſophia audit, ut quem, Deus Creator directè ad colendam vitam Socialem ſeu Civilem

Ariſt. 1. Politic. 2. & 3. Pol. 4.

Civilem deſtinavit, in ipſa ratione inſerens conſociationis appetitum, quem poſt corruptam hominis naturam ex accidenti nunc impellit experimentum infirmitatis familiarum ſegregum adverſum violentiam; & varia inſuper indigentia, quæ vel maximè ratione ætatis deprehenditur. Atque ſic intelligimus Feldenum, iſta adverſus Grotium; & Puſendorfium, * adverſus Hobbeſium explicantem.

Analyſ. Polit. Ariſt. I, 2. & annot. ad Grot. *I, 4, 7.*
* *Elem. Iuriſpr. II, O, 3, 4.*

II. Itaque in Homine ætatis definitio demum verè peragitur: nemine nec Sexûs, nec alterius condicionis reſpectu exempto, cùm ætas plurimum naturalitatis contineat; licet quoad ipſum definitionis modum, qui civilis eſt, haud modica deprehendatur varietas. Adeoque nec Infantes nobis ſubmovebit Hobbeſiana hypotheſis, quâ illi, Societate, in quam Homo ſuâ naturâ fertur, tanquam vim ejus non capientes, exturbantur: licet feculenta iſta philoſophia, poſthabitis naturæ rationalis connatis dotibus, fæcibus corruptionis nudè inhærens, opis alienæ indigentiam iſti ætati liberaliter denegare non velit. Nimirum ubi Hobbeſio jam ſemel Hominem bruto comparare certum erat, nulli religioni duxit, inter ea, quæ rationi naturaliter inſunt, etiam ſemina ſocialis vitæ Homini eripere.

Hobbes. *de Civ. c. 1. artic. 2, in annot.*
Vid. Seth. Wardus *in philoſ. Hobbeſ. ſect. 4. c. 4.*

III. Aliter Infanti humanitatem eripere, pro Pædobaptiſmo intervertendo, fuiſſe conatum Mich. Servetum refert Wiſſenbach. ad tit. de Verborum ſignificatione. Clementiores hac in parte fuerunt Ethnicorum quidam, qui à matre adhuc rubentibus ſaltem denegabant aliquantiſper humanam naturam, donec adhærentia uteri retinacula, quæ plantis ſimiliores reddant Infantes, deponerent, quod ſeptimo plerumque die à nativitate contingere putat, & recenſet Plutarchus.

Diſp. 85. n. 12.
in quæſtion. Rom.

IV. Alia ſanè eſt quæſtio, an aliquo jure Infans homo non eſſe cenſeatur? quod fortè Legi ad effectus juris Civiles, ſicut in aliis, ita & in hoc articulo licere poſſet. Atque ſic ex *L. 8. C. ad L. Corn. de Sicar* colligit Cujacius, Infantes Lege Corneliâ, quæ dicit: *qui hominem occiderit*, comprehenſos non fuiſſe, cùm nondum homines ſint; per extenſionem tamen deinceps ab Imperatoribus eò eſſe relatos. nam aliàs dubitandi ratio nulla ſub-

6. Obſ. 21.

B 2 fuiſſet,

fuiſſet, & cauſa reſcripti Principalis. Sed videtur omninò ſub hâc causâ error latitare. Pœna enim homicidii alia erat ex Lege Cornelia, alia ex moribus ſequentis temporis, varia tamen. Capitale ſupplicium nec ſemper, nec omni adjucatum eſt. quamvis Valentiniani II. temporibus *ſemper homicida exſpectare* juſſus, *quod fecit*: antè tamen ob varietatem & reſpectum homicidæ Principali deciſione opus erat, quam requiſiverat Probus P. P. non tam Objecti ratione, quam Subjecti: cui & Orientis & Occidentis Impp. Valens, Valentinianus I. & Gratianus, reſpondent, deciſionis ratione potiſſimum ab objecto petitâ: quamvis communiter in aliis homicidiis non promiſcuè capitale ſupplicium ex more locum ſibi vendicet, tamen qui grandius homicidium in innocuam ætatem, & *necandi infantis* piaculum *aggreſſus fuerit*, &c. Atque taliter ex collatione temporum, & ipſo ſenſu Legis, interpretationem ejus procedere poſſe exiſtimamus, ne inutilia effugia quæramus in vocabulo Infantis, quod hic in utero exiſtentem variis ex circumſtantiis ſignare non poteſt.

Vid. L. 3. §. pen. L. 16 D. ad L. Corn. de Sicar. L. 3. Cod. de Epiſc. audient.

Vid. N. 153. c. 1. in fin.

Vid. Hillig. in Don. lib. 7. c. 9. lit. D.

V. Nobis ergò, ut ad rem noſtram veniamus, ſtatutum ſit, Infantes tam tempeſtivitatis ætatis, quàm Societatis Civilis naturaliter eſſe capaces, quamvis infantiliter, & pro ſuo modo; verè tamen: ita ut non alia ex Lege Societatis naturalis aſſignari ipſis poſſint, quàm quæ admittit tenera illorum conſtitutio. Inſunt enim ſtatim ab origine ſuâ Infantibus naturales notitiæ, quas tamen exſeri vetat aliquantiſper obvoluta corporis ruditas. Ubi interim alii confirmatiores, ſociali & naturaliter inſito jure, infantiles infirmitates, tanquàm ſocii & cognati, ſuſtinere tenentur.

VI. Definitioni huic porrò non ſubjectus eſſet Sexus ſequior, ſi vera forent, quæ frivolè non minus, quàm impiè jam olim diſſertator aliquis corraſit, ut evinceret, *Feminas non eſſe Homines.* Cujacius quoque vaniùs hîc paullò luſit, ſi tamen luſit, dum Feminas non propriè homines eſſe, ſed in parte Juris tantùm, ut in Lege Julia & Papia, pro hominibus tamen haberi, argutatur ex *l. 38. §. 5. D. de Pœn.* quæ tamen, ut de duobus poculis agit, abortionis, & amatorio; ita meritò eorum quoque objecta

objecta diſtinguit, & abortionis quidem poculo ſuam aſſignat ſpeciem, Mulierem ſc. cùm genus huc non quadret: alteri verò amatorio, genus Hominis attribuit, cùm utrique Sexui illud poſſit propinari. Itaque quibus Creator Deus imaginem ſuam impreſſit, & quæ eſſentiâ ſuâ actibusque hominem profitentur, ſummeque neceſſariam Societatis humanæ partem faciunt, qui poterunt non eſſe homines? Et in Jure Civili, *hominis appellatione tam feminam, quàm marem contineri, non dubitatur*: eoque minus dubium eſt, ætatis qualitatem gerere Feminam in Civili vita, & exinde juris effectibus gaudere. Si tamen de nudo vocabulo res ſit, tum facilè tranſigemus, certi quod feminæ, more loquendi, nonnunquam contradiſtinguantur Hominis vocabulo, ubi illud Marem ſpecialiter denotat, uti factum Gen. 11, 25. & alibi: quod in idiomate Gallico ordinarium ferè eſt, ita ut etiam hujus interpretatione vocabulum *Homme*, non extendi in feminas Senatus Pariſienſis conſulto deciſum fuerit, uti refert ex Mornacio Wiſenbach.

Gœdd. *ad L.* 1. *de V. S. n.* 32. *Gen.* 1, 27. *L.* 152. *de V. S.* *Vid. ad illũ loc.* Druſius *in opere Anglic. Criticorum Sacror.* *de V. S. Diſput.* 34. *th.* 12.

VII. Summos Principes, an citra Sacrilegium huic quoque definitioni vindicamus? Equidem ſalva res eſt. tempeſtivitas ætatis in ipſis quoque agit, ſicut reliqua humanitas. Nam & intempeſtivitatem ipſi agnoſcunt, & reprehendunt alii. Juſtinus Imperator poſtulantibus Principibus, ut Juſtinianum filium Collegam imperii aſſumeret, purpurâ manu comprehensâ, reſpondit: *Vobis ſanè optandum eſt, ne hanc Iunior aliquis induat.* Atque hinc non immeritò metuit Imperio Marcus Antoninus, de Commodo filio degenere, & primam adoleſcentiam ineunte. *Væ tibi terra*, exclamat Eccleſiaſtes, *cujus Rex puer eſt.* Sanè ibi mille Magiſtri imperant. Neque nulli conſtat, quàm oportuna injuriis externis pateat puerilis Principis ætas. Non ſine laude ſingularis fortunæ refertur â Livio, *immaturo Aſcanio ad puberem ætatem manſiſſe incolume Regnum avitum & paternum.* Et Galba Imp. uti in Piſone commodam Imperio ætatem laudat, *ea ætas tua*, inquiens, *qua cupiditates adoleſcentiæ jam effugerit*: ita id unum ſibi objici queritur, *quod Senex ſit.* Auguſti provecta ægraque ætas, ſpes novas inducit: Agrippæ verò juveniles anni, ſuc-

Zonar. *tom.* 3. *p.* 50. Herodian. 1. *X*, 16. *I*, 3. Tac. *H.* 1, 15. 4. *c.* 16. 5. Tac. *A.* 1, 4. 3.

ſucceſſioni Auguſti impares judicantur. Ariſtoteles ſuum Principem *naturâ*, ſeu præſtantiâ naturali, & perfectione, quam ab ætate mutuatur, vult differre à ſubjectis, cùm genere, ſeu humanitate, ſit cum ipſis idem. Verbo nos explicamus. Subſunt Principes tempeſtivitati ætatis, ſed definitionem illius dirigente illo Jure, cui Principes adſtringi poſſunt. In ſe ergo conſiderati, liberrimæ naturæ relinquendi videntur, ut, quoad ipſa ſenſu viribusque definiat, ſpontè evadant tempeſtivi. Idque in talibus Regnis, quæ pleno modo habentur & tranſmittuntur, locum invenit. quò collimare videtur Commodus, quando privatis ſe intactum cunabulis, ſtatim ac ex utero materno prodierat, ab Imperatoria purpura ſuſceptum gloriatur, & *ſimul*, inquit, *ſol hominem me vidit, & Principem.* Ubi tamen ejusmodi Principes etiam Lex aliqua Regni fundamentalis comitatur, ibi ejus condicioni hactenùs ſubſcripſiſſe cenſendi ſunt, ut ante annos præſcriptos tempeſtivi haberi nolint: ſeu, ut molliùs dicamus, ut tempore elapſo, illorum ætas ampliùs intempeſtiva haberi nequeat, nec debeat quali ſtylo condita eſt pragmatica ſuper hac re ſanctio Caroli V Gall Regis, cujus partem edidit Choppinus, & integram exhibet Limnæus in Notitia Franciæ: * ubi inter alia præfatur Rex; *cùm ſuper adeptione vel adminiſtratione Regni non reperiatur certa ætas conſtituta, vel præfinita à Iure in Rege, qui ſolutus eſt legibus &c.*

1. Pol. 8.

Herod. 1.

de Doman. Franc. l. 3. t. 5. n. 3.

** l. 1. cap. 8. lit. nn.*

VIII. In aliis, ubi ex voluntate populi habet Regnum Princeps, ibi talis Legibus populi, quantam illæ requirunt ætatem in futuro Principe, eâ condicione ſe committit, ut fiat demùm Princeps; poſtquàm autem factus eſt, definitione ætatis aliâ non facile egebit, nec aliquam admittet, niſi quam ipſe ſibi forte dicturus ſit. Quo modo Nero ſeptimo decimo ætatis anno Imperator factus, ad *Patriæ Patris* appellationem intempeſtivum civiliter ſe dixit, *recuſato nomine propter ætatem.*

Sueton. *Neron. c. 8.*

IX. Reliqua in tempore finita, ſive animata, ſive inanimata, à noſtra civili ſ. morali ætatis tempeſtivitate in totum removemus. Uti enim omnis moralitas, ut quæ ſub æſtimationem jûris cadit, fruſtra in talibus quæritur: ita etiam præſentis qualitatis

finitio

finitio remotiſſima à talibus eſt. Quibus tamen *Iura beſtialia* ſomniare volupe fuerit, hi forte & hîc habebunt, de quibus ſibi gratulentur. Nam & brutorum ætates perſpectas habere convenit illi, cui familiaris res eſt curæ. De Equis, ut alia taceamus, *Georg. 3.*
monet Virgilius,

— — *animos ævumque notabis*
Præcipuè.

Sed tam iſta ætas ad morales actus habet reſpectum, quàm quod *lib. 23, 1.*
Plinius ſalubritatem Falerni vini locat in media ætate, quæ ipſi in quinto decimo anno incipit. Nos enim jam ſupra nudam temporis computationem, licet illa rebus ſignum aliquod imprimat, hominibus obſervandum, à civili hominis ætate ſegregavimus. Et Jus aliquod, propriè dictum, ob notitias naturales brutis vindicatum ſatis refutat Grotius, & qui in illum annotârunt: in *de I. B & P.*
quo noviſſimè etiam ſatis præſtitit Joh. Frid. Hornius peculiari *l. 1. 11.*
libro, de ſubjecto Juris naturæ.

X. Angelos & corpore vacuas mentes, cum quidem initii ratione finitæ ſint, nec tamen eſſe deſinant, in ævo ponunt Philoſophi, non in tempore: unde nec temporum viciſſitudinibus ſubdi poterunt. Interim tamen & Dæmonum ſeu Geniorum, cuique homini propriorum, quidam Ethnicis *Iuniores* dicebantur, qui ignobiliores animas corporibus ingerant, ut videre eſt in *Excerptu Marci Ficini ex Proclo Platonico, de anima & dæmonibus.* Æque abſurda Patrum primitivorum nonnulli tradiderunt, occaſione iſtius loci, qui habetur Geneſ. VI, 4. ex quo inferunt, Angelos Dei, in tutelam hominibus additos, conſuevisſe turpiter cum mulieribus, indeque medium quoddam inter homines & Angelos genus fuiſſe procreatum, ut habet Lactan- *Divin. Inſt.*
tius Firmianus, qui Dæmonia terreſtria appellat, quæ adeò aug- *II. 15. Conf.*
mento, atque ſic ætate opus habuerint. Iſta tamen depravata *Tertullian. de Veland.*
Scripturæ interpretatio ſatis jam à Theologis aliisque refutata eſt. *Virgin. c. 7.*
quo faciunt, quæ ex Eutychio Patriarcha Alexandrino, & traditionibus Orientalium, Seldenus de Synedriis tradit. *l. 1. c. 11. p.*

XI. De Animabus à corpore, temporali morte, ſeparatis *456. ſeqq.*
diſputat Tertullianus contra quoſdam Philoſophos, qui ſtatue- *de Anima c.*
:int, *penult.*

rint, *Animas immaturâ corporis morte præventas, eo usque vagari iſthîc, donec reliquatio compleatur ætatu, quâ cum corpore pervixiſſent, ſi non obiiſſent intempeſtivè corpora illorum.* Quibus tamen ubi inutilem hîc animæ moram demonſtraſſet, ſive vitæ hujus tempora fixâ dixiſſent, ſive mobilia, tandem egregiè addit: *Ætatem non poteſt capere anima ſine corpore, quia per corpora operantur ætates.*

XII. Cadavera & cineres defunctorum, (quod hîc obiter inſerimus) ut ſine anima, ita & ſine ætate degunt. Actione enim deſtituti mortui, agendarum rerum definitione non indigent. Quamvis uti non nullum in Societate adhuc reſpectum obtinent è vivis ſublati: ita & effectum ætatis ſuæ, ſeu juris ætatis, aliquem poſt ſe relinquere & transmittere poſſunt. De quo fortè alibi.

arg. L. 6. & 8. C. ad L. Iul Maj. & ſ. ff. de Cadav. ponit. Grot. *de I B. & P. II, 19.*

Caput IV.

De eo, quod definitur à tempeſtivitate ætatis, ſeu de qualitate, ex ætate homini competente. Et de modo definiendi.

I. Eſſe in homine qualitatem ætatis, & dici.
II. & III. Id demonſtratur.
IV. An aliqua ætatis æſtimatio in Statu integritatis.
V. Quanta ſit conſideratio ætatis in univerſali Societate.
VI. Quanta in ſingulis Civitatibus.
VII. Qualis actionum ex ætate æſtimatio.
VIII. An ætas cedi & in heredes transmitti poſſit.
IX. Quomodo gaudeat Heres jure ætatis defuncti.
X. De modo definiendi remiſſivè.
XI. An omni ætati aliqua ſit tempeſtivitas.

I.

TAntum characterem civilem imprimit Tempeſtivitas ætatis homini, ut vel maximè ejus in moralibus actibus reſpectus habea-

habeatur. Hinc *hominem*, in jure dicunt *eum, quem ætas demonſtrat: & ætatem, perſonæ per modum ſubſtantiæ ineſſe.* Atque Celſo, *ſtatus ætatis* dicitur: alibi etiam *ætatis condicio. &c.*

Menoch. *Conſ.* 97. *n.* 52. *in l.* 13. *de prob.*

II. Etenim præſentiam hujus qualitatis in homine dicit ipſum temporis in hac mortalitate imperium, cui corpora noſtra, & per hæc, melior noſtri pars, anima quoque, tam ſunt obnoxia, quàm eſt humanum, naſci & mori: inter quæ duo, progreſſus, qui in vita conceditur, ætati locum facit. Interea accidit, ut, dum iſtis motibus corporeis concedit anima, toti homini prout in progreſſu tali mutatur, accedente Juris ſignaculo, qualitas aliqua imprimatur, quam per temporis dimenſum dignoſcimus, & quæ ipſa ut ſupra dictum, ætatis nomine venit. Ipſum enim Tempus ex ſua quidem natura vim cauſatricem nullam habet in moralitate: accipit tamen vel maximam, ubi juris diſpoſitio quaſi civitate illud donat, plenosque ipſi tribuit effectus. quod non tantùm ex præſcriptionum natura, ſed & multis aliis cauſis ſatis eſt probatum. Ea enim ratione, qualitatis inſtar induit tempus, ut rem moralem qualificet. Hinc conſtans Dd.[rum] traditio eſt, Tempus ad formam pertinere: ita ut forma dicatur ſervata, ſi obſervetur tempus. In quibus Dd. quidem pinguiùs loquuntur, ut pro forma, accidentem aliquam qualitatem intellectam velint, quæ neceſſariò ad actum requiritur. Atque ſic tempus etiam concurrit in qualitate ætatis conſtituenda, non tamen ex vi ſuâ, ſed quatenùs jus ipſi adſiſtit, & ex tempore hominem civiliter qualificat.

arg. L. 44. *de O. & A. Grot. de I. B. & P. II,* 4, 1. *Weſenb. π. ff. de O. & A n.* 9.

L. 13. §. 4. *de Excuſ. tut.*

III. Declarant id actus omnes vitæ noſtræ: Intellectus enim, qui illos in moralitate dirigit, interdum planè nullus, quantum ad exercitium, interdum inſufficiens, tandem aliquis pro gerendis rebus, in homine eſt, idque per ætatem, quæ corporis mutationibus intellectum ſimul involvit. Nam, ut inquit Plutarchus, *Ratio in corpus demerſa, illique contemperata, ſimilis ejus fit, corporis referta aff ctibus. Demonſtrant hoc impetus concupiſcentiæ; qui pro modo corporis incitantur, ac ſecundum ejus mutationes vel concitatiores, vel languidiores fiunt*: Pergit idem: *Et hæc eſt cauſa, quod adoleſcentum cupiditates ob copiam & calorem ſangui-*

de Virtute morali circ. fin.

ſanguinis, celeres, feroces, ardentes atque rabidæ ſint. Senibus, quia principium concupiſcentiæ circa jecur reſtinctum eſt, ac debilitatum, magis viget ratio, elangueſcente unà cum corpore affectuum capace parte.

IV. Inde inquirant, quibus ocium eſt, an in ſtatu integritatis humanæ, ſi ille perſtitiſſet, iſta etiam fuiſſet ætatis qualitas? Quatenus illa imperfectionem dicit, catenùs ſanè integerrimæ iſti condicioni non convenit: Et forſan huc fecerint, quæ ad Geneſ. III, 22. à Dd. notari ſolent. Quatenùs verò inſinuat ordinem rectæ rationi convenientem, quale eſt, juniores à Senioribus regi, eatenùs etiam inde repetere qualitatis hujus eminentiam, quid vetat? D. Aurelius Auguſtinus * infantilem hebetudinem & infirmitatem animi & corporis (quæ nihil aliud ſunt quam ætas infantilis) à peccato primorum parentum arceſſit, *qua* DEUS, inquiens, *voluit eſſe tanquam primordia catulorum, quorum parentes in beſtialem vitam mortalemque dejecerat: Sicut ſcriptum eſt, Homo cum in honore eſſet, non intellexit: Comparatus eſt pecoribus non intelligentibus, & ſimilis factus eſt illis.* Quales autem hominibus, ſi non peccaſſent, nati fuiſſent liberi, alibi movet idem Auguſtinus, & breviter recenſet Lud. Vives.

Vid. Fagius *ad dict. l. in Critico Sacro Anglic.* Ziegl. *ad Grot. II, 2, 2. verb. cujus ſymbolum arbor Vit.*

* *de Civit. DEI, 13, 3.*

in comment. ad d. l.

V. In Societate civili, qualem nunc concipimus & habemus, tantam habet hæc qualitas conſiderationem, quantam conditionum non facile alia. Hæc namque fundamentum eſt, ad quod ſe reliquæ omnes convertunt. Omnis actuum humanorum æſtimatio ad ætatis primò reſpectum, tanquam ad lydium lapidem peragitur. Id enim recta ratio præcipit, ut cujusque animus ex naturali ſuâ potentiâ examinetur & dijudicetur. Hanc verò explicat ætas, quæ principium agendi claudit & pandit, ſed ita, ut ſimul modum indigitet judicandi. Et quamvis Phraſi Scripturæ variis in locis, ubi DEUS juſtitiam populo ſuo inculcat, præcipiatur, ne judices *agnoſcant facies* judicandorum; Id tamen ad actum potius adæquationis, quo cuilibet ſecundum merita ſuum tribuendum, pertinet; quàm ad actum æſtimationis, quo actiones, quales quantæque ſint, antè ponderantur, tum ex aliis, tum imprimis ex conditione ætatis, ſi illa nondum perfecta, aut jam

Deut. I, 17.

jam confecta ſit: Sed & omnia attingit ætas. Hinc natura conſtituiſſe videtur, ut Juvenes ſubſint Senioribus. Et DEUM ipſum ætas, quam actuum innocentia commendat, à ſeverâ vindictâ erga Ninivitas retraxit: Et Heraclea apud Livium * filias ſuas puellas, quaſi ex recepto inter gentes jure, ſalvas præſtare ſatagit, dum objicit percuſſoribus, *ab eâ ætate etiam hoſtes iratos abſtinere.* Quo etiam Papinianus Senes refert, dum canit: *Ariſt. 7. polit. 14.* *Ion. 4. fin.* * *XXIV. 26.*

Nullis violabilis armis
Turba Senes.

Contra de Barbaro & procace milite in pœnam immittendo DEUS edicit, talem eſſe, *qui non deferat Seni, nec parvulis parcat.* Et intenſiſſimæ miſeriæ argumentum eſt, *afflictio imbellis ætatis*: quomodo impotentem victorum libidinem Livius deſcribit, quando, *usque ad infantium*, ait, *cædem ira crudelis pervenit.* Hinc quoque malum à Principe puero, reipublicæ præſagium: & tenerior dolor, ſi liberi adulti jam, ſed præmaturâ morte obeant. Atque ejusmodi ſexcenta alia. *Deut. 28, 50.* *Deut. 32, 25.* *XXVIII, 20.* *Eccleſ. 10, 16.* *Sam. 2, 33.*

VI. Iſta ergò qualitas admodum providam paſſim legum curam experta eſt: imprimis in Republ. Romana, ubi venerabilis non tantùm ſemper Senectus, ſed & ætate minorum perſonæ & rebus exactè proſpicere, publicis adnumeratum eſt muneribus: & ſi quid in alimenta infirmæ ætatis legatum eſſet, ad publicum Civitatis honorem tractum; præter alia, quæ plurima humaniſſimè circa ætatum indigentiam conſtituta ſunt, unde paſſim jura & privilegia, & excuſatio & beneficium ætatis ibi crepant. Ita antiquis noſtris Germanis *Rex vel Princeps, prout cuique ætas, audiebantur.* Et Luitprandus, Longobardorum Rex cuilibet Principi & Judici propter DEUM animæque ſuæ mercedem commendat curam ætatis ſequioris. *L. 5. D. de Iur. immun.* *Pr. I. de Excuſ. tut.* *L. 122. de Leg. 1.* Tacit. *Germ. 11, 6.* *Leg. Longob. Luitpr. tit. 15. §. 2. & t. 52, §. 2.*

VII. Cæterùm *eſt ætas inter externa*, ut ait Seneca, per quæ tamen de internis judicare licet in Civili vita, quousque natura & lex permittunt. Unde etam variarum præſumtionum fundamina ex ætate deducuntur. Interim quin non raro fallant ætatis ſigna, dubium eſt nullum, ubi vel interna mentiuntur æta- *Epiſt. 93.*

tem alienam, vel ſuam non attingunt. * Inde ſi qui ſupra hominem quid ſapiant, his intimioribus immergere ſe licebit. Homini tamen externa iſta ſufficere ipſe DEUS * profitetur ad Samuelem: Cordis interiora introſpicere, id ſoli ſibi tribuit.

VIII. Porro de ætatis qualitate notamus, eſſe illam quid perſonaliſſimum, ut vocant, quod ita perſonæ adhæret, ut avelli nequeat. Unde nec cedi, * nec ad heredes transmitti poſſit: ſed cum perſona extinguatur. ita ut Ceſſionarius ne quidem jure, Cedenti ex ætate quæſito, uti poſſit; quia Ceſſionarius, tanquam Procurator in rem ſuam ex propria ſua perſona agit in ſuum lucrum, * adeoque deficit perſona, cui hæc qualitas peculiariter inhæret. uti contra Franzkium * tradit & firmat Doctor noſter Lauterbachius *in Paratitlis Juris*, * & in tractatione ſpeciali *de Procuratore in rem ſuam.* *

IX. Id tamen in Herede variat, qui, defunctum repræſentans, ex ejus perſona effectu juris ex ætate defuncto quæſiti fruitur. *

X. Ipſe modus definiendi requirit regulam aliquam moraliter exactam, i. e. quæ latitudinem aliquam admittit, nec in puncti conceptione hæret. Idque agit vis hujus tempeſtivitatis directrix ita, ut æquam proportionem conſtituat inter tempus homini ex determinatione legis acquiſitum, & inter actum civilem, ne imputatio & effectus aliquis inde petatur, ubi cauſa ad actum ordinata non fuit, nec eſſe potuit. De quo amplius diſſeremus deinceps in ætatum partitione.

XI. Exinde tamen patet, quod modo hoc finiendi probè obſervato, vix ullam tam infirmam noverimus ætatem, cui non actio aliqua proportionata attribui poſſit, ſeu cui non ſua competat tempeſtivitas, quam ne infantibus quidem jura denegant. Unaquæque enim ætas *naturale quiddam* habet, ut ait Cicero, quod *ſuo tempore* percipi debeat.

arg. L. 32. de Minor. L. 3 C. Si Minor ſe major dix. Ged. N. Icon. 28.

1. Sam. 16, 7.

Menoch. d. conſ. 97 n. 56. Grot. I l. 7, 18.

arg. L. 68. L. 196. de R. J.

L. 42. de Admin. & per tut. L. 4 L. 9. C. de Procur. L. 25. ff. eod.

1. Reſ. 14.

tit. de Her. & Act. Vendit. §. II. n. 14.

ib. 32.

L. 6. de in integr. reſt. L. 19 de Minorib.

CAPUT

Caput V.

Diviſio tempeſtivitatis ætatis.

I. Quæ eſt impleta ætatis tempeſtivitas. | *II. Quæ ſuppleta.*

I.

TEmpeſtivitatem ætatis hactenùs in ſuis principiis perſpectam, dividimus in Impletam, & Suppletam. Impleta ſeu completa illa nobis eſt, quæ terminos ordinarios communiter vel ſingulariter definitos, verè & præcisè implet & obſervat.

arg. L. fin. C. de His qui ven. ætat. L. fin. ibi: poſt impletam C. Si Major fact. alien. ratih.

II. Suppleta eſt, quæ intra ordinarios terminos adhuc decurrentem ætatem aliunde ex certa cauſa supplet. Illa naturaliter ſe habet, idque, quod eſt dicit; Hæc civiliter æſtimat & præfinit ætatem, quæ revera & ordinariè non eſt. De utraque in ſequentibus paucis agendum erit.

PARS SECUNDA.

CAPUT I.

De partitionibus ætatum.

I. Gradus & partes ætatis naturales.
II. Partes ætatis morales, & modus illas conſtituendi.
III. Diverſa ætatum conſideratio.
IV. Partitio Phyſicorum & Medicorum.
V. Poëtarum & Rhetorum.
VI. Legumlatorum, & interpretum.
VII. DiverſorumPopulorum uſitatæ partitiones ætatum.
VIII. Gradus ætatis in Republ. Rom. ex Scriptorum monumentis.
IX. Ex ICtis veterib.
X. Ex Conſtitutionib. Principum.
XI. Ex Interpretationibus & commentationbus Dd.
XII. Noſtra ætatum partitio.

I.

AGit tempeſtivitas ætatis in ſingulis ætatis partibus. Eſt autem ætas humana totum aliquod, quod ex partibus ſuis conſtat. Nam materiale illud ætatis noſtræ, quod ſupra indigitavimus (quod tamen phyſicæ ætati, efficientis cauſæ loco erit) non uno penſo conficit omnem ætatis molem; ſed per totum vitæ humanæ progreſſum id regulariter cavet, ne inordinato ſaltu initia cum extremis mox conjugat, & valida nimis mutatione ſubjectum ſuum juſto citiùs deſtruat. Neque enim ætnæas Natura humano corpori indidit flaminas, in ſe mox, omni pabulo conſumto, ruituras; ſed æquum adhibuit calorem, qui lambendo naturæ fontes, & ſenſim delibando nativos humores per partes decerpit, & nutritur, iſtoque ſuo motu & progreſſu inſignem paſſim humanarum virtutum mutationem inſinuat, atque per hoc ætatem cèrtis gradibus diſtinguit.

Fernel. medicin. lib. 3. c. 10.

Fernel. d. l. Sennert. Inſtit. Medic. l. 1. c. 4.

II. Ita naturam contemplans Lex Societatis, obſervat ſedulò,

dulò, quantum ex naturali illa elaboratione profecerit homo ad id, ut aut efficiendum ipſi aliquid concredi, aut effectus aliquis moralis imputari hac ratione poſſit. Intellectus enim, qui primas ſibi in actionibus moralibus ſumit partes, ab initio intra mentem recentis, & fluxis retinaculis compacti hominis deliteſcens, inter perpetuas calidi in humidum nativum operas tempore demum eluctatur, & quo remotior â ſuis initiis, hoc redditur exacto adhibito judicio acrior, & ſubminiſtrante experientiâ perfectior. Cum his ergo componuntur negocia in communi vita obvenientia, quorum quædam nudum ſaltem intellectum boni malique exigunt: quædam verò inſuper requirunt judicii vim, & in electione boni conſtantiam: quædam item prudentiam exquiſiti conſilii, & cum auctoritate gravitatem invictam: quædam præter animi virtutes, corporis vigorem deſiderant. Sic penſatâ ad commodam Naturæ Jurisque bilancem, cum negociorum pondere, humanarum virium efficaciâ, prodeunt gradus ſeu partes ætatis quoque morales: quas & ipſas populariter *ætates* dicimus; quamvis non niſi unica ætas ſit, quam per partes vivimus. *Vid. L. 76. circ. fin. de Iudic.*

III. Reperias autem varios variorum numeros ætatum; ne dicamus, ſingulos hîc ferè ſuo ſenſu abundare. Nos cuique ad ſuam rationem libero eſſe facilè permittimus. Aliud tamen hîc agunt, qui naturam nudam in homine ſpeculantur: aliud item, qui naturæ humanæ nobiliorem finem, ſeu vitam ſocialem reſpiciunt. Omnes iterum diverſa cauſarum conſideratio exercebit.

IV. Hipocrates & in duas, & in tres, & quatuor, & ſex, & ſeptem partes ſecuit univerſam ætatem, ſibi tamen nullibi contrarius, uti cum defendit Cardanus. Nihil hîc attinet recenſere omnes, qui non niſi naturalem in homine mutationem in finiendis ætatibus obſervaſſe videntur. Ariſtoteles hoc modo tres gradus notavit, ſc. Incrementum, ſtatum ſeu conſiſtentiam, & deminutionem, ad quem numerum, omnes alias ætates, quas diverſimodè Medicorum ſchola congerit, facile referri poſſe docet Sennertus. Aliorum luſus hîc lubentes prætermimus, qui aut per ſimilitudines, aut ob arcana commercia, numeros ætatum mutuantur â Fabulis & theatris, aut à Planetis, aut à Menſibus anni. *in Comment. ad 1. Aphor. 18.* *d. lib. 1. c. 4.* *Vid. Cæl. Rhodigin. l. 10. c. 61. ſeq.*

V. Ultra

V. Ultra hos aliud genus Artificum eſt, qui ex naturali hominum complexione, animos & mores eorundem examinant & ſcrutantur, peculiaremque ex ætate cuilibet characterem imprimunt. Eo genere potiſſimum occupantur Poëtæ & Rhetores, exactè ſtudi ſi, ne alienam Auditori ſupponant orationem, aut

Horat. de A. P.

ne forte ſeniles
Mandentur Iuveni partes, pueroque viriles.

d. loco. *Metam. 15, 3.* *Caton. Maj. 33.*

Hinc Horatio quatuor egregiè notantur, quæquæ cum charactere ſuo, ætates Quaternam metamorphoſin in homine inde quoque explicat Naſo. Cicero etiam obſervat infirmitatem *puerorum*, ferocitatem *Iuvenum*, *Conſtantis ætatû* gravitatem, & maturitatem *Senectutû*. Interim ad horum inſtitutum, omiſsâ prima illa ſeu puerili ætate, ſufficere tres reliquas docet celebris Dilherus, Diſſertatione ſingulari de Moribus ætatum, cùm vix contingat, cum Infantibus & pueris ſeria tractari. hos ad crepundiarum ludicra, quàm ad flumina Demoſthenis flexiliores eſſe conſtat. Ad hoc argumentum amplius faciunt Scipionis Claramontii liber de conjectandis moribus, nuper à Conringio recenſitus, & Edonis Neuhuſii Theatrum Ingeniorum: ac præprimis ad politicas obſervationes Bœcleri Characteres Vellejani.

Diſſ. Academ. t. 2. diſſert 8.

VI. His morum Magiſtris ſuccedant nunc illi; qui non in Solis notitiis ſubſiſtunt, ſed inſuper omnia actionum negociorumq; Civilium pondera ad ætatis trutinam prudenter æſtimant & dijudicant. Id officii illorum eſt, qui Jura ferunt & verſant.

VII. In Hebræorum Republ diſcrimina ætatum quin obſervata ſint, dubium nullum eſt. Imò verò inter leges à Deo illi populo datas, Annarias quoque reperire licet. Obſervamus enim ibi ætatem Militiæ, tum Sacræ, tum prophanæ inhabilem: deinde habilem: denique emeritam & Conſilii auctoritati deſtinatam. De ætate contractibus, & rei familiaris adminiſtratione apta, meminit Grotius opere de Iure belli & pacis, * & Seldenus in diverſis ſcriptis. Perſarum in ætatibus ordinem, &, juxta eum diſciplinam publicam, forique diſtributionem, enumerat diſtinctè Xe-

Vid. Exod. XXX, 14. Num. VIII, 24. Cunæus de Rep. Hebr. lib. 2. c. 11.

** II, 11, 5.*

Xenophon in Cyropædia,* meminitque puerorum, adoloſcentum, *[* l. 2.]* virorum & ſenum. In Syriis ex cenſu ætates diſtinctas refert Ulpianus. *[in L. 3. D. de Cenſib.]* Apud Græcos, aliasque confines gentes, ætatis congruas partes conſtitutas fuiſſe, facilè exinde conjicere licet, quòd alia omnia ordinatè ibi in plerisque populis digeſta legantur. Solonis de ea re Carmina paſſim exhibentur. an tamen Legem *[Vid. Berneggr. quæſt. miſcell. 213.]* Atticis præſcriptam illud de ætatibus Carmen contineat (nam plerasque Legum ſuarum verſu comprehendiſſe ſcribit Plutarchus)* *[* Solon. IV.]* meritò dubitamus, cùm non niſi naturalem complexionum mutanem per ſeptenos quosque annos obſervare videatur. Dio Chryſoſtomus meminit Legis, quæ definitis annis non concedit contractum inire: *[Orat. 74.]* & mox ex ætate homines diſtinguit in Pueros, Adoleſcentes & Senes. Et veroſimile eſt, ex more gentis D. Paulum de pupillari ætate ſcripſiſſe in Epiſtola ad Galatas. *[IV, 1. ſeq.]* De ætate ad Certamina & agones Græcorum videatur P. Faber in Agoniſtic.

VIII. Quod ad Jura Romana: alia deſcribuntur circa hæc in hiſtoriarum aliorumque ſcriptorum monumentis, & in Legum Corpore; alia in commentationibus Doctorum. In iſtis A. Gellius ex C. Tuberonis hiſtoria obſervat, Servium Tullium *[N. A. X, 28.]* Rom. Regem (quem, ut omnis in Civitate diſcriminis autorem, *[Liv. I, 42.]* & præcipuum Legum ſanctorem, laudant Hiſtorici; ita ætatis *[Tac. III, 26, 5.]* etiam diſcrimina in tabulas illum retuliſſe, notavit Florus) cenſus *[I, 6, 3.]* faciendi gratiâ triplicem ætatem ordinaviſſe, Puerosque *eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: atque inde ab anno ſeptimo decimo. quod idoneos jam eſſe Reip. arbitraretur, milites ſcripſiſſe: eosque ad annum quadrageſimum ſextum* Juniores, *ſupraque eum annum* Seniores *appellaſſe.* Publius Ter. Varro, *[de Die natal. c. 14.]* quod Cenſorinus enarrat, *quinque gradus ætatis æquabiliter putat eſſe diviſos, unumquemque ſcilicet, præter extremum, in annos quindecim:* & in iſtis ſtatuebat Pueros, Adoleſcentes, Juvenes, Seniores, Senes denique.

IX. Ulpianus JCtus, ubi diſcrimen ætatis monet in tranſactionibus ſuper alimentis obſervandum eſſe, nominat *Pueros, Iuvenes & Senes.* *[in L. 8. §. 10. de Tranſact.]* An tamen has partes eo, quo olim Servius Rex definiverat, modo terminare voluerit, non ita liquere arbitramur.

 Sanè

Sanè Gellius, ſupra dicto loco, oſtendit quidem, quæ fuerint diſcrimina ætatum judicio moribusque majorum; ſed quæ ſuo jam tempore erant, non explicat. Neque etiam in terminorum uſu convenit Juris auctoribus. Nam quos Paulus JCtus *Seniores* appellat, Calliſtrato forte *grandes natu* audient, Senioribus contradiſtincti: qui ipſe per hos quatuor gradus homines diſtinguere videtur, ut quidam ſint *teneræ ætatis*, quidam *Iuniores*, quidam *Seniores*, quos Cicero provectos ætate diceret, & tandem *grandes natu.*

L. 122. pr. de Leg. 1. L. 11. ff. de Decurion. d. L. 11.

X. Conſtantium M. Imp. quintuplicem ætatem inſtituiſſe conſtat, nimirum pueritiam, adoleſcentiam, *Firmatam ætatem*, porrò ætatem legitimam, & Senectutem. Iſtam tamen ætatum diſpertitionem in repetitione Legis Conſtantinianæ Juſtinanus Imperator inſuper habuit & omiſit, qui tamen alias Primæ, Secundæ, Plenæ, Perfectæ ætatis paſſim meminit in ſuis legibus.

ex L. un. C. Th. de His qui ven. ætat. L. 2. Cod. de His qui veniam ætat.

XI. Aliter ex juris textibus ætatum diviſiones conſtruunt Dd. & Commentatores. Gloſſarum hîc varietas primaria eſt. Jam enim *ſeptem* recenſet, Infantiam, pueritiam, pubertatem, juventutem, virilitatem, ſenectutem, decrepitatem. Demta virilitate, *ſex* numerat *alia, quam ſequuntur Doctorum plurimi, tanquam cæteris omnibus pleniorem: cui ſubjiciuntur rationes, *quas ridere, quàm recenſere inaniter ſatiùs eſt. Alibi etiam *quatuor* * ſtatuit, impuberem ætatem, Adoleſcentiam, Juventutem, Senectutem. Aliis auctoribus aliter numerantur hæ partes, quas omnes recenſere inutilem judicamus laborem.

gl. ad §. minor. I. de Adopt.
** gl. in proem. 6. verb. perfectus.*
** Vid. Oddus de Reſt. in in integr. p. 1 q. 2. n. 21.*
** gl. in L. 68. ad L. Falcid.*
** Comment. 1. Aph. 13.*

XII. Et ferè eſt, ut, quod Cardanus * pro ſuo inſtituto ſcribit, nos quoque aſſeramus, *tot ſc. eſſe genera diviſionum in ætatibus, quot ſunt cauſæ dividendi.* Interim ut aliquam nobis hîc efformemus normam, quam deinceps ſequamur, ex Juſtinianea Jurisprudentia hos omnino gradus ætatum obſervabimus. Primo quidem Infantia eſt: deinde Pueritia, quæ *Infantiæ proximos*, & *Pubertati proximos* comprehendit, & ſine ſuo omnem *impuberem ſeu pupillarem ætatem* claudit. Porrò Adoleſcentia, cujus initium *Pubertas*, medium *plena pubertas* eſt, finis autem *Minorem* ætatem terminat. Sequitur hanc Juventus, cum qua

ſua

ſua & perfecta ætas incipit. Claudit agmen Senectus, quæ & *provectos ætate* ſeu *Seniores*, & *grandes natu ſeu decrepitos* complectitur.

Caput II.

De terminis ætatis in genere.

I. Sunt termini Univerſæ ætatis, & cujusque partis.
II. An ætas à momento conceptionis incipiat. ratio negantium vulgaris reprobata.
III. Vera ratio, cur nondum nati in ætate non degant.
IV. An illi Iuris fictione habeant ætatem.
V. Dies natalis eſt ætatis initiũ.
VI. Cæſones, quodnam habeant ætatis initium.
VII. Qui hic diſſentiant.
VIII. Terminus univerſæ ætatis ad quem.
IX. An Legi circa univerſæ ætatis terminos quid liceat.
X. Cancelli humani partus.
XI. Leges Romanæ de Partu.
XII. Apud alias gentes talium legum obſervatio.
XIII. Philoſophorum & ICtorum de partus tempeſtivitate ſententia, remisſivè.
XIV. An ætati intempeſtivitas partûs noceat.
XV. An Ius ultimum ætatis terminum definire poſſit.
XVI. Circa illum obſervationes Philoſophorum Naturalium.
XVII. Lactantii opinio de termino vitæ.
XVIII. An in Pſalmo XC, 11. Lex præſcripta.
XIX. Ægyptiorum opinio de termino vitæ.
XX. Unde Romani ætatem hominis longiſſimam C. annis definiverint.
XXI. An homo præſumatur vivere C. annos.

I.

UT tamen Tempeſtivitas noſtra rectè ſuo munere defungatur, neceſſarium omninò erit, ut à quo momento iſta condicio

D 2 homi-

homini inſit, & ubi terminetur; deinde quinam ſingulis ætatibus fines præſcripti ſint, examinemus. Quod argumentum paucis verbis, ſed ampliſſimo cum judicio, ut omnia, abſolvit Seneca, qui, *Ætas*, inquit, *orbes habet circumductos, majores minoribus. eſt aliquis, qui omnes complectatur & cingat: hic pertinet à natali, ad diem extremum. eſt alter, qui annos adoleſcentiæ excludit. eſt, qui totam pueritiam ambitu ſuo adſtringit.* Itaque univerſam ætatem includit Seneca natali, & extremo die. Ætas enim hominis vitam comitatur; unde cum vita quoque hominis primordia ſua capiet, & incrementa, cumque illa procul dubio & terminabitur.

Epiſt. 12.

II. Verùm cùm per ipſam generationem anima traducatur, & cum anima vita influat in generatum, videndum, annon ætatis principia petenda ſint ex conceptionis etiam tempore? Negant id plerique: ſed ideò, quòd in utero adhuc commorans materno, animal, adeoque homo non ſit. Ita enim Stoici, & alii Philoſophi, referente & confutante Tertulliano, ſentiebant, fœtum in utero ſine anima eſſe, quippe *quæ naſcendo demum aëris aſpiratione attrabatur, quomodo noviſſimè etiam exſpiratur.* Iſta tamen ratio ex peſſima fluit philoſophia, cui ſe & olim & hodie opponunt ſaniores omnes. Quibus etiam Juris Autores accedere videntur, ut ſine ulla fictionis figura (quam aliàs, quoties neceſſe eſt, jus admittit) fœtum in utero adhuc degentem pro homine, uti convenit, habere videantur. Quo referunt quidam Legem 38. §. 5. *in fin. D. de Pœn.* Sanè ſi alicubi Ulpiani mentem rectiùs indagamus, probatum erit, ipſum pro homine & animali habere Embrionem, & nondum natum. Vocat enim Cognatum: ergo & hominem. & mox illum, qui nondum conceptus erat, nondum etiam cognatum, nondum animal fuiſſe rectè concludit: ergo per iſta jam conceptum & hominem, & animal dicit. Quamvis Alphonſus à Caranza operoſus admodum ſit in eo, ut probet, JCtos veteres naturam hominis & animalis ei, qui in utero eſt, denegare.

Ariſt. 2. *de Generat. animal* 3. Sennert. *Hypomn. phyſ.* 4, 10. *de Anima. c.* 12.

L. 1. *§.* 8. *D. Vnde Cognat.*

de Partu c. 2. *n.* 12. *ſeqq.*

III. Interim aliæ ſuperſunt rationes, quibus initia ætatis ad naſcendi demùm tempus reſtringuntur. Naturales quidem

cauſas

cauſas naturæ indagatores, & qui circa talia agunt, inveſtigent. Nobis ſatis eſſe videtur, quod hanc in rem modò laudatus Caranza diſſerit. Nimirum ætatis qualitas cum neceſſariò ex tempore definiatur, ita ut momenta etiam ſingula plerumque attendantur in computatione, inde ut rerum ſuarum certa eſſet Civilis ratio, nativitatis diem pro termino ſtatuere viſum eſt, à quo omnis ætas dinumeretur. Omni enim retrò ad ipſa vitæ primordia (quæ in conceptionis [a] momentum meritò ponimus) homo in tali degit ſtatu, quo Naturæ libertate ventilatur, qui aut publicè & privatim incertus [b] eſt, aut qui magis tori, quam fori conſiderationem ſubit. Quicquid Univerſitas inde ſibi tribuit, ſola eſt *naſcendi ſpes*: [c] quam tamen ſub ratione condicionis, [d] *ſi vivum quid, & nec prodigioſum naſcetur*, concipit: cùm non rarò abortibus, ([e] qui partus non ſunt,) oſtentoſis deformitatibus, aliiſque infortuniis decollet; ſæpè etiam inutilis [f] tumor ſperantibus illudat. Unde & mortui nati, neque nati, neque procreati videntur, [g] ad juris ſc. effectum. Quo reſpectu civili in Utero exiſtentes à JCtis (in quo tamen Stoicorum errorem ipſis imputat Cujacius, Caranza & plerique alii) dicuntur *in rebus humanis*, [h] imò *homines non* [i] *eſſe*: aut non plenè, ſed *modo* [k] *quodam eſſe*. Et ſicut non tantum Patri, verùm etiam Reipubl homo naſcitur, ut ait Ulpianus: [l] ita idem econtrà ne quidem Patri aliquod jus, adverſus invitam mulierem in fœtum nondum natum competere, ex antiquioris juris ratione concludit, & defendit exinde, quod *partus, antequam edatur, mulieris portio eſt viſcerum*. [m] Ex quo tamen, non niſi Stoico argumento, Cujacius [n] infert adverſus Galenum, Embrionem animal non eſſe.

IV. Utut autem non parvam, ubi id utilitas & neceſſitas efflagitant; Jus gerat curam eorum, qui in ventre exiſtunt, imò *favorabiliorem habeat cauſam Partus* [o] (nondum nati) *quàm Pueri*; id tamen per fictionis ambages agit, *ut, qui in utero eſt, cuſtodiatur & intelligatur, acſi in rebus humanis & rerum* [p] *natura*

c. 2. §. 4. n. 50.

[a] Sĕnert. *d. l.* *Vid. D.* Mezgeri *Diſp. de Vita fœtus in utero.*

[b] *vid.* Plin. 7. 5. Caranza. *c. 1. pr. & §. 1.*

[c] *L. 1. pr. de Ventr. in poſſ. mitt.* *L. 1. §. 8. Unde Cognat. L. 2. de mort. infer.* *L. 14. C. de Fideic. libert.*

[d] *L. 3. C. de Poſth. hered. inſt.*

[e] *L. 2. d. t.*

[f] Bened. Sylvatis *Conſ. med. cent. 4. conſ. 47. ſeq.*

[g] 129. *de V. S.*

[h] *L. 10 § 1. de V. & P. ſubſt.* *L. 7. de Venter. in poſſ.* [i] *L. 9. § 1. ad L. Falc.* [k] *L. 7. de ſuis & legit.* [l] *L. 1. §. 15. de Ventre in poſſ. mitt.* [m] *L. 1. § 1. de Ventr. inſp.* [n] *ad L. 2. de Excuſ. Vid. L 60. V. S.* Caranz. *c. 2. 12.* [o] *L. 1. §. 15. de Ventr. in poſſ. mit.* [p] *L. 7. L. 26. de Stat. hom. L 30 §. 1. de A. vel O. H.*

eſſet:

eſſet : eo effectu, ut omnia jura ipſis *a.* in tempus naſcendi integra reſerventur; *b.* quomodo etiam in Edicto de Minoribus *c.* continentur. Qualem figuram, ætatis noſtra materia, uti non admittit, quod demonſtrat Ant. Faber; *d.* ita nec ullâ utilitate aut neceſſitate commendat: cùm ſic ſatis providæ Leges hâc ratione pro merito negocii ſuis Civibus caverint, & in definiendâ aliquâ ætate non niſi certum Nativitatis reſpexerint initium, ut optimè de iſto articulo diſſerit Caranza; *e.* quamvis ille, dum animationem à conceptione, toto ſuo opere, ſeparat & diſtinguit, per quam falſus ſit : *f.*

V. A nativitate ergo initium ſuum ſumit ætas. ubi tamen non ipſum nativitatis punctum cum Aſtrologis quærimus; ſed ſatis eſt in morali conſideratione, diem nativitatis dicere, cujus interdum initium pro impleto habetur, interdum verò in computatione extrema attenduntur momenta, prout vel negocia, vel lex requirunt. Dies is Natalis dicitur: & propriè quidem, ut ſtatuit Cicero, *utpote in quo quiſque naſcitur & qui inde nulli nato unquam futurus eſt, cùm ſemel fuerit.* Quia tamen & relabentes annuatim iſtos dies pro Natalitiis habemus, atque in iis numeramus ætatem; facile exinde patet quod ex iſtis relabentibus Natalitiis ad primum natalem recurrendo, initium ætatis petatur. Idque Juris auctores ſuâ computatione comprobant. Sic etiam quartum & ſexageſimum Natalem ſuum numerat Auguſtus, poſtquam tertium & ſexageſimum ætatis annum evaſiſſet, quod perſcribit ad Cajum Nepotem in Epiſtola, quam exhibet Gellius. Huc quoque pertinet diſputatio apud eundem Gellium, quâ quæritur; *qui noctis hora tertia, quartavè, ſive quâ alia nati ſunt, uter dies natalis haberi appellarique debeat, iſne quem nox ea conſecuta eſt, an qui dies noctem eſt conſecutus?*

VI. Cæſones, ſeu qui Matris utero exſecti ſunt, quamvis Mater peperiſſe non dicatur; natos tamen rectè accipimus; & auſpicatiùs tales gigni autor eſt Plinius, ad quos etiam illos refert, qui ſpontè, enectâ matre, naſcuntur, inter quos Gorgias Epirota, prius cum matre defunctâ elatus, quàm natus, memorabilis eſt. Tales ergò diem, quo in lucem eduntur, ætatis initialem habebunt.

VII.

a. L. 231. de V. S.
b. L. 3. D. Si pars hered. pet.
c. L. 45. de Minor.
d. Iurisprud. Papin. tit. 4. pr. 3. illat. 7.
e. c. 2. §. 4. n. 50.
f. Vid. Sennert Hypomn. 4. c. 12. ſeqq.
de finib. bon. & mal. l. 2. a. 102.
Cic. d. l. L. 23. de Annuis leg.
Vid. L. 3. §. 3. de minor. L. 1. de Manum.
N. A. XV, 7.
III, 2.
L. 132. §. 1. de V. S.
L. 12. pr. de Liber & poſt.
Caranza c. 6. ſect. 1.
VII, 9.
Val. Max. l. 1. c. 8.

VII. Et in hoc, ni fallimur, omnes tum JCti, tum Medici facilè conſentient: quod confirmat Covarruvias, *de Sponſal. p. 2. c. 8. §. 2. m. 8.* & falſitatis arguit gloſſam in Reg. Cancel. 17. dicentem, annos ætatis eſſe à die conceptionis computandos, ſi id utile ſit ei, de cujus ætate tractatur; quæ tamen opinio ita à vero deviet, ut nihil hac in re falſius dici poſſit. Idem ex Medicis confirmat Paulus Zacchias in *l. 1. t. 1. qu. 3. n. 5. & n.* quæſtionibus Medico-legalibus, ubi tamen noviſſimæ Editionis Auctor Johan. Dan. Horſtius pro diſſentiente adjecit Caſpar. Bravonem *in Reſolution. medicin.*

VIII. Alter terminus, in quem tota hominis ætas deſinit, ſine dubio eſt communis illi, cum humanis rebus omnibus, & cum mortalitate: ita ut, exactis omnibus & ſingulis ætatis partibus, vitæ hujus dies noviſſimus, ætati quoque ſupremus exiſtat. Neque tamen vita hominis, cum ætate pari ambulant paſſu. ſine vita quidem, ætas nulla eſt; fuit tamen alicubi omnis vita, ubi non fuit omnis ætas. Nimirum ubi ad effectus juris ſola vita ſufficit, ſatis eſt, ſi homo vivus ad orbem totus proceſſit, licet illicò, poſtquàm in terram cecidit, vel etiam in manibus deceſſerit obſtetricis. *L. 3. Cod. de poſth. hered. inſt.* Sic perfecta vita, quæ ſapienti ſaltem vivitur, in imperfecta quoque abſolvitur ætate. *Sap. IV, 8. ſeq.* non ita ætas tota conſumitur, niſi in extrema ſui parte. Quælibet pars vitæ, toti vitæ ſimilis eſt: diſſimilares verò admodùm partes habet ætas. *Senec. Ep. 93.* Æquè vivit, nec minùs, Infans, ac vivit Senecio; nec tamen æquè attigit ætatis extrema Infans, ſicut Senecio.

IX. Quid verò Legi circa hos communes terminos liceat, adeoque Tempeſtivitati ætatis, paucis expendere, operæ erit pretium. Et ſanè Naturæ hîc opus agitur, &, qui naturæ autor eſt, ſummi DEI, nullo juris fræno conſtricti. Hujus proviſu & naſcimur & morimur, non ad humanæ menſuræ calculum, ſed numerum formante & explente divino beneplacito. Interim dum inter hos cancellos omnis humanæ ſocietatis ordo continetur, non modicas ſibi circa hæc ſumit Reſpubl. partes, quibus conſtituit legitimè naſci, & mori; moderatè illud tamen, & non niſi in conſilium vocatis naturalibus Aritificibus & experimentis.

X. Non

X. Non tantùm familiaria ſunt, quæ fluunt, ex legitimâ Nativitate, qualia ſunt; congenitus amor, quo ad plura ſibi adſtringuntur * invicem Parentes & Liberi; ſed potiſſima illorum proximè Univerſitatis ſalutem contingunt, dum & certæ generationis, & bonæ educationis, unde civilis Societatis conſervatio dependet, emolumenta inde arceſſuntur. Itaque dum in re ſanctiſſima & honeſtiſſima, qualis eſt hominis generatio, facile recta ratio, ex oppoſitione vitiati appetitus, patitur deliquium, negocium illud matrimonii cancellis, qui jam integris adhuc humanis rebus à DEO poſiti erant, arctiùs circumſcribere viſum eſt Gentibus moratioribus, ut quicquid intra nuptiarum tempus generatum ſit, hoc legitimi partus jure tantum gaudeat.

*Ioh. Eichel. *de jure quo nat. liber. & parent. ſib. ſunt obſtr.*

XI. Romani imprimis hâc in parte accuratâ defuncti ſunt curâ, quâ juſto tempore naſci partum definirent. Unde Decemviros, ex Græcia optimas Leges colligentes, in XII. tabb. hanc quoque retuliſſe: *Si qui ei in X. menſibus proximis poſtumus natus eſcit, juſtus eſto*: veroſimile evadit ex A. Gellio, qui ſuo experimento comperiſſe ſe dicit, *Feminam bonis moribus, non ambiguâ pudicitiâ, in undecimo menſe, poſt mariti mortem, peperiſſe; factumque eſſe negocium propter rationem temporis, quaſi marito mortuo poſtea concepiſſet, quoniam Decemviri in decem menſibus gigni hominem, non in undecimo ſcripſiſſent.* Ceterùm tam ſuperſtitioſè Decemvirali legi adhæſiſſe Romanos antiquos refert idem Gellius * ex Varrone, *ut præter nonum & decimum menſem, infra illos partionem mulieris ſecundum naturam fieri poſſe negarint*, imò *quaſi monſtruoſas raritates non receperint.* Ex quo fonte prodiit quæſtio; *An octavo menſe infans ex utero vivus editus, & ſtatim mortuus, jus trium liberorum ſuppleverit, cum abortio quibusdam, non partus, videtur octavi menſis intempeſtivitas*, quod ſuo item tempore agitatum meminit Gellius. Sequioribus tamen temporibus humanitati non nihil, & experientiæ plurimum conceſſiſſe Romanos certum eſt. Paulus JCtus, receptum eſſe, ait, propter autoritatem Hippocratis, * *ſeptimo menſe perfectum naſci partum*: qui tamen * plenum ſeptimum menſem intelligit; cùm Ulpianus & Hippocratis autoritate, & Re-

Iacob Gothofr. *de LL. XII. tabb. tab. IV.*

III, 16.

d. loc.

d. loc.

Vid. L. 3. D. Si pars hered. pet.

* *L. 12. D. de Stat. hom.*

* *lib. 4. Recept. ſent. 9.*

Reſcripto Principali fultus,* ad initia ejus menſis juſtum naſcendi tempus laxet. Ut adeò minor (ut Cenſorinus * ex Pythagora habet) partus, ſeu breviſſimum naſcendi tempus ſit * initium ſeptimi menſis, poſt nuptiarum ſc. diem; major verò partus, ſeu longiſſimum uteri gerendi tempus ſit * in fine decimi menſis, poſt ſolutum matrimonium, aut mariti abſentiam. Nam D. Hadriani decretum, * quod ſe legiſſe teſtatur Gellius, modò laudatus, ***in undecimo quoq; menſe partum edi poſſe***, nuſpiam repetitum legimus. Inde etiam formulæ poſtumorum heredū inſtituendorum, ****ſi quis mihi filius unus pluresvé in decem menſibus genuntur.***

XII. Idem apud alias gentes obſervatum, quod de Lacedæmonibus conſtat, ubi Leotychides, Agidis Regis filius, à Patre pro adulterino habetur, & à Patruo regni ſucceſſione privatur ex ea cauſa, quòd, à quo tempore Agis à Neptuno terræ motu cubiculo ejectus Timæâ uxore ſe abſtinuerit, decimo peracto menſe Leotychides fuerit natus, uti Plutarchus refert.

XIII. Philoſophorum ſuper hac re diverſas opiniones producit & examinat Cenſorinus * de die natali. Tertullianus * legitimi partûs ſtatuti rationem Chriſtianâ meditatione circumſcribit: *ut decem menſes*, inquiens, ***decalogo magis inaugurent hominem, ut tanto temporis numero naſcamur, quanto diſciplinæ numero renaſcimur. Sed & cum ſeptimo menſe nativitas plena eſt, facilius quàm octavo, honorem Sabbathi agnoſcam, ut quoto die dedicata D E I condicio, toto menſe interdum producatur D E I imago.*** Plura horum habent Tiraquellus, * & imprimis Alphonſ. à Caranza tract. de Partu, * &, quæ illi ſubjuncta eſt, diſſertatio Caroli Annibalis Fabroti de Tempore partus humani: quoad hodiernum verò uſum poſt Autores laudatos D. Lauterb. in Paratitlis Juris, * & in Concluſionibus forenſibus. *.

XIV. Ad nos nunc hæ res non pertinet: neque ætati ejusque juri quid detrahit vel confert naſcendi tempeſtivitas. Nam etiamſi *fortunatis trimeſtres naſcantur liberi*, quod de Auguſto ex puerperio Liviæ vulgo ferebatur; * non tamen hi ætatis ullo defraudabuntur calculo. cùm & aliàs vitia matris non præjudicent infanti: nec vice verſâ, filii ætas, crimen matris eluat *

E XV. Circa

Marginal notes:

* *L. 3. ſ. fin. D. de ſuis & legit. hered*
* *de die natal. c.* 11.
* *d. L. 3. §. fin. de ſuis & legit. hered.*
* *d. L. 3. §. pen.*
* Gell. *d. l.*
L. fin. de fideic. libert.
L Gallus. de lib. & poſt.
Ageſilao.
* *c. 7. ſeqq.*
* *de anima, c* 19.
* *ad L ſi unquam gl. in Verb. ſuſceperit liberos n.* 210.
* *c.* 7 *ſeqq.*
* *tit. de his, qui ſui vel alien. §. II.*
* *Exercit.* 4. *th* 6.
* Dio, *hiſtor. lib* 48.
* *L.* 11 *§.* 9. *de Adult.*

XV. Circa ultimum univerſæ ætatis terminum minùs ſibi licentiæ ſumit Lex & poteſtas Civilis, neque directè unquàm hunc definit: cum in ætate degentibus quidem proſpiciat, & legitimum ordinem aſſignet; verum jubere ut ad certam menſuram ætati ſuperſit, vel non ſuperſit homo, illud extra moralitatis cancellos eſt. Utrumque enim eſt ſupra volendi & exequendi facultatem. In ſolius DEI poteſtate id reſervatur, coram quo ſunt numeri menſium hominis, quique conſtituit terminos ejus, qui prætei iri non potuerunt: & à cujus beneficâ largitate felix longævitas, quam & Ethnici, *deorum immortalium præcipuam indulgentiam*, dixerunt, obtinetur. Inde in Juris articulis, dies vitæ extremus inter incerta talia eſt relatus, quæ quidem non poſſunt non exiſtere, ſed quando exſtitura ſint, neceſſariò ignorantur.

Job. XIV, 5. Val. Max. 8, 13. *L. 1. §. 2. L. 7. §. 1. de Condition. & dem. Vid. L. 55. ad L. Falcid.*

XVI. Prolixos ergò præſcribere & numerare ætati annos, ſtolidum & temerariæ ſecuritatis: ſicut figere totius ætatis, adeoque vitæ ipſius terminum, ſacrilegæ audaciæ eſt. Obſervare & conſiderare Naturæ indagatoribus hîc, ſicut alibi, plurima tamen licent. Ho um ſunt quidam, qui in Numerorum myſteriis hærent, quomodo Clemens Alexandrinus involvit Moyſis effatum in Pſalmo XC, 11. propter concurſum ſeptenarii cum denario: cui reſpondet ſuprà jam nominatum Solonis carmen, quo univerſa hominis ætas decem ſeptenniis deſcribitur. De quo pluſcula Cenſorinus* habet. Pertinet huc etiam *ſcanſilis annorum Lex occidua, quam Climaćteras appellant*, Plinio* obſervante: qualem Κλιμακτῆρα *communem Seniorum omnium, tertium & ſexageſimum annum* ſe evaſiſſe incolumem Auguſtus ſuo Cajo lætus per literas nunciat.* Iſtum Climactericum ſeu *periculoſum annum* à vulgi opinione vindicat, & diſtinguit ab *anno fatali* ſeu letali Cl. Salmaſius, peculiari de Annis Climactericis libro. Æſculapii ſectam, quæ ſtatuta vitæ ſpacia à ſtellis accipi dicit, notat & ridet Plinius; & ſimul aliorum opiniones, quibus ad certum terminum ætatem hominum alligant Aſtrologi, refutat tum artis inconſtantiâ, tum variis experimentis. Tutius incedere videntur, qui diſcrimina temperamentorum tum connatorum, tum forin-

Strom. 6. * *d. c. 14. Conf.* Gell. *III, 10.* * *VII, 49.* * Gell. *XV, 7. Conf.* Bernegg. *qu. miſc. 214.* *VII, 49.*

forinſecùs aſſumtorum & acquiſitorum, hîc cumprimis notant, quæ ut in ſingulis gentibus, ita & in illarum individuis diverſa offenduntur. Sic in Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempſin, ad CL. annos ætatem duxiſſe indigenas notat Plinius * ex autoritate Mutiani. Æthiopes CXX. annum transgredi ex Herodoto, & de Indis idem ex Cteſia repetit Valerius Maximus. Olaus Magnus *in breviario hiſtoriæ Septentrionalis* ſcribit, ætatem hominum in Septentrionalibus regionibus & nationibus frigidis eò provenire, ut CLX. ampliùs annos vivant, etiam in Anglia & Scotia. *VII, 48.* *VIII, 13.* *lib. 4. c. 4.*

XVII. Quod de Ægyptiis tradit Plinius, * ſingula millia ibi annorum vixiſſe homines, id Varro in ludum convertens interpretatus eſt de menſtruis annis, ut habet Lactantius: qui ut Varronis compendia in ſuum verteret uſum, poſtquàm abbreviatæ poſt diluvium vitæ humanæ rationem dediſſet; *ne rurſus longitudo vitæ, cauſa eſſet excogitandorum malorum:* deinceps, ſed falsò concludit, *in centum & viginti annis DEUM collocaſſe metam vitæ, quam transgredi non liceret.* Qua in re adjutus videtur traditione Joſephi, Judaicarum rerum ſcriptoris, qui idem perhibet ex malè intellecto loco, qui eſt in Geneſi, cap. VI, 3. ubi tamen de termino non vitæ humanæ, ſed dilati ad pœnitentiam diluvii agitur, quod etiam B. Lutheri verſio clarè oſtendit. De imminutione autem vitæ humanæ poſt diluvium, nonnulla dicit Fabritius Paduanus * *d. o. 48.* *Divin. Inſt. II. 12.* *c. 13.* *1. Antiq. 7.* *cap. 75. de Pæn. Diſt. 1.* ** Catena temp. Anno 1039.*

XVIII. In Oratione Moyſis Pſalmo XC, 11. ut legem & Jus Divinum, quomodo quidam loqui amant, de ſtato ætatis termino quæramus, nulla nec jubet neceſſitas, nec ratio ſuadet. Nam Deum ibi precatur Propheta, ut illum in hâc brevitate vitæ cogitandâ & meditandâ inſtituat & occupet. Baduellus *ad Siracid. 18, 8. Critic. Sacro Anglican.*

XIX. Aliam rationem inibant Ægyptii, humani corporis, ex frequenti ſectione, & medicatione cadaverum, peritiſſimi: qui ex natura Cordis humani, quod quotannis binarum drachmarum ponderis auctu ad quinquageſimum uſque annum accedat, & inde ſimili annuo gradu deficiat & diminuatur, Centeſimum annum pro meta ætatis univerſæ ponebant, cùm ex defe- Plin. *XI, 37.*

ctu cordis plus ultrà non liceat. Horum ſententiam ſine dubio profeſſus eſt Dioſcorides, Philoſophus & Medicus Cleopatræ temporibus in Ægypto clarus, à Cenſorino laudatus. Imò ſectam illorum ſecutus quoque videtur Siracides, *Numerus*, inquiens, *dierum hominis, ut multum centum anni*, wen er (der Menſch) lange lebet / ſo lebt er hundert Jahr.

c. 17.
XVIII, 8.

XX. Eodem fors ex fonte cum gratioribus primò commerciis, & mox deſideratiore acceſſione Ægypti ad Imperium Romanum, derivatum videtur, quod Gajus JCtus * ait, *finem vitæ longævi hominis*, aut *finem vitæ longiſſimum eſſe centum annos.* Unde illud tempus etiam Imperator Juſtinianus * deinde *vitæ hominis longiſſimum*, & ſimpliciter etiam *terminum humanæ vitæ* appellat. Neque tamen plurima exempla prætergreſſi iſtius termini non ignota potuerunt eſſe, cùm Plinius * ſuo ſaltem tempore, & certis tantum in locis ex cenſualibus libris eorum bene multa obſervaverit. Et Juſtinianus * Imp. ipſe Zoſymi cujusdam, in Lycia Epiſcopi, meminit, qui propè viceſimum & centeſimum ætatis annum agens, animi corporisque virtutibus ſufficienter fuerit inſtructus. Interim tamen Jure receptum fuiſſe videtur, *hominem plus centum annis vivere non poſſe*: atque inde Cenſorinus * iſtud ſpatium appellat *Seculum* (i. e. ſpatium vitæ hominis longiſſimum) *Civile Romanorum.*

Vid. Cenſorin. *c. 17.*
* *L. 56. de Uſufr. & L. 8. de Uſufr. legat.*
* *L. 23 Cod. de SS. Eccleſ.*
* *N. 9*
* *VII, 49.*
* *N. 5. c. 2. §. 1.*
arg. L. 10. de LL.
* *d. c. 7.*

XXI. Juſto plus exinde ſibi tribuerunt Dd. plurimi, dum communem hinc exſtruere regulam ſategerunt, *Hominem in dubio cenſeri centum annos vivere*: quorũ catalogum recenſet Menochius, & demonſtrat, non ex eo, quòd poſſibile ſit, hominem 100. annis ſupereſſe poſſe, præſumendum ſtatim id eſſe; cùm id raro contingat; qualia non præſumuntur. a Unde cautius in caſibus imprimis diuturnæ abſentiæ agendum eſſe monet idem Menochius, b quem ſequitur Carpzovius; c & nuper defendit Anteceſſor, & Amicus noſter D. Burckhardus Bardili in Diſſertatione de Curatore bonorum abſentis. d Quæ cauſa forſan vexavit etiam ſub initia ſeculi noſtri Luſitanos, in impoſturis Pſeudo Sebaſtiani. cujus Hiſtoria apud Thuanum e & P Matthieu f eleganter deſcripta eſt.

de Præſumt. l. 6. præſ. 49. n. 9.
a *arg. L. 10. de LL.*
b *d. l. n. 28.*
c *p. 3 c. 15. d. 57.*
d *th. 47.*
e *lib. 126 conſ & lib. 65.*
f *Hiſtoire de Henry IV liur. IV, Narrat. 4. n. 10.*

CAPUT

CAPUT III.
De Infantia.

I. Terminus cujusq; ætatis potiſſimum ſeptenario concluſus.	*IV. Quis Infans in jure.*
II. Qualem rationem Ius Rom. hâc in re inierit.	*V. Ant. Fabri, & Faræ opinio relata.*
III. Infantia quæ & unde dicta.	*VI. & VII. Alii Infantes, & hic alieni.*
	VIII. Infantum diviſio.

I.

AD ſingularum ætatis partium terminos nunc divertimus Hîc, totius ferè antiquitatis decreto, ad ſeptenarium provocant Naturæ Magiſtri, quo partes ætatis à ſe invicem diſtinguantur. Quam Pythagoræ philoſophiam in ætatibus, Ariſtoteles adſcribit *Poëtis, qui ſeptenis annis totam diviſere hominis ætatem.* Varro ex vetuſtorum Etruſcorum *libris Fatalibus* illud repetit. Rationem autem, *quare ſeptimus quiuque annus ætati ſignum imprimat,* Seneca inter occulta referre videtur, quæ *nec ſcire liceat, nec proſit.* *7. Polit. 16.* Cenſorin. c. 14. *7. de Benef. 1.*

II. Romana noſtra Jurisprudentia, uti in definiendis ætatibus ſeptennia non in totum negligit; ita nec anxiè ubiq; ſectatur. Quod ipſum jam antè in moralibus æquum eſſe cenſuerat Ariſtoteles, dum *falli*, ait, *illos, qui hebdomadis univerſam ætatem partiantur, & quædam minus rectè tradere: quia non tam anni, quàm natura diſcriminat utplurimùm ætates, quæ diviſioni huic ita penitùs adſtringi nequeat.* qualiter locum illum interpretatur & ſupplet paraphraſis Heinſiana. *7. Polit. c. fin.*

III. Primus ergò ætatis gradus, quem Tempeſtivitas noſtra definire properat, eſt Infantia, quæ etiam *primordium ætatis* à Modeſtino JCto appellatur *in L. 14. de Sponſalib.* ubi præpoſitio à excluſivè ſ. ſeparativè intelligenda, pro *poſt*, qui uſus omni latinitati frequentatur. Et eſt illa ætatum tenerrima, intra primum natalem, & octavum terminata. Nomen traxiſſe videtur ab impo- *vid. L. 2. §. 15. de O. I. Tiraqu. de Retract. Cõſ. §. 1. gl. 11. n. 52. ſeq.*

impotentia fandi, cùm anno demùm ſeptimo à nativitate abſolvi putet integritatem loquendi Macrobius. Quam naturalem conſtitutionem, Lex civiliter ad ſuum ſenſum trahit, ut hâc ætate homo, qui Infans dicitur, ob intellectus defectum, licet fari naturaliter poſſit, jure tamen non poſſe exiſtimetur. quomodo etiam Furioſo, licet loqui poſſit, *vox certa* denegatur in Jure. * nam *mentem prærequirit vox*: cum *nemo dicere exiſtimetur, qui, quod dicit, non ſentiat, nec mente agitet.**

IV. Hinc *ſeptem annis minorem*, quem dicit Imperator *a* Infantem, Ulpianus *b* deſcribit, *eum qui fari non poteſt*: & Modeſtinus, *c* intra hanc ætatem intelligi negat quod fit, ſeu geritur. Imperator Juſtinianus *d* talem *non multum à furioſo differre* aſſerit, quia *nullum habet intellectum*. Idque jàm Dd. communis & receptiſſima, quam laudat Menochius, *e*. fe t ſententia, ut Infans ille ſit in utroque ſexu, qui à nativitate nondum implevit ſeptimum integrè annum.

V. Anton. Faber *f* quidem terminum iſtum, ut veteri Juris prudentiæ incognitum, imputat adjectionibus Triboniani. Sed repreſſit ipſius argutias Hilligerus. *g* Aliam novam opinionem, ut ipſe inſcribit, edidit Johan. Franciſcus Fara, *h* Sardus, & Doctor Saraneuſis, qui ex Theophilo, *i* græco Inſtitutionum Juſtinianearum interprete, probat Infantem dici, *qui adhuc lactat, aut tali paulo major eſt*. Et ex hoc fundamento diſtinguit in Infantem in genere, qui comprehendat quoque Proximum infantiæ, & in ſpecie, qui adhuc lactet. Verùm autoritati hujus Græci, ſi quæ ipſi in noſtris cauſis eſt, opponi poteſt alius Græcus, Conſtantinus Harmenopulus, *k* qui *Infantem* dicit *ſeptennem*. Sed de re ipſa inferiùs.

VI. Ceterùm populari in ſenſu Infantis vocabulum etiam ad alios refertur, ita ut etiam in utero *l* adhuc exiſtentes Infantes dicantur: quo etiam trahit invitam tum Imperatorum, tum Cujacii mentem, in L.8. C. ad L.Corn. de Sicar Hilliger, *m* & poſt eum D.Brunnemannus. *n* Ita quoque omnis ætatis natos ſeu liberos quandoque infantes dici reperimus. *o* Et D. Hieronymus *p* teſta-

Somn Scip. 1, 6
Vid Plin. XI, 51.
Bach. ad §. 2. de Tutel. n. 2.
* *L. 7 pr C. ad SC. Treb.*
* *L 7. §. 2. de Suppell. leg.*
a *L 18 pr C. de Iur. delib.*
b *L. 1 §. 2 de Adm. tut.*
c *L. 14. de Sponſal*
d *§. 9. de Inut. ſtip.*
e *de A. I. Q. caſ. §. 7. n. 9.*
f *Iuriſprud. Papin. tit 12. pr. 6. il. lat. 8.*
g *in D. n. l. 7. c 9 lit D.*
h *Nova opin. de Eſſentia Infantis.*
i *4. Pupillus. de Inutil. ſtipul.*
k *Prompt. Iur. l 6 t 6.*
l *Quint. Mãdoſ d. ætate Minor c. 3. n. 8.*
m *in Don d. c. 9. lit. D.*
n *ad d. l. 8.* o *vid. l. 12. §. 7. de Inſtr legat.* p *in Genesin. Wiſſenb. ad Inſt. Diſp. 8 th. 1.*

teſtatur, ſuâ ætate Romæ omnes liberos vocatos fuiſſe Infantes. quod ipſum in Germanica noſtra linguâ vox Kinder; & in Gallicà, *Enfants*, frequenti uſu etiam denotat. Sicut & obſervamus Cives indigenas, aſſumto cujusque Civitatis nomine, iſtâ notatione venire, ex. gr. ein Leipziger Kind. Enfant de Lyon.

VII. Illud peculiare eſt (quamvis cum proximè præcedentibus huc non pertineat) & ad Familiaria ſacra ſpectare cenſemus, omnes legitimos Regios liberos in Regno Caſtiliæ Infantes vocari, præter Primogenitum Regis, qui vivo etiam Rege, Princeps Hiſpaniæ ſeu Aſturiæ audit. Cujus prioris initia & rationes, quæ nobis ſufficiant, non reperimus: alterius autem primordia referuntur ad Heinricum III. Johannis I. Caſtellæ Regis filium, cui & Conjugi Catharinæ, Leceſtriæ ex Anglia Principi primò datum, ut appellarentur Aſturum Principes: obſervante id, ex Mariana, Auberto Miræo. In Luſitania item Primogenitum Regis, abſolutè Principem, reliquos Regios liberos Infantes ſimiliter fuiſſe dictos invenimus.

Vid Extrav. Iohan. XX I. c. un. de Iudæis.

Chronic. ad an. 1388. *vid.* Phil. Honorii *theſaur. Polit. part.* 1. *pag.* 68.

VIII. Infantem autem noſtrum, Ulpianus dividere videtur, quoad certam actûs ſpeciem, in eum, qui eſt quinque annis minor, cujus, in ſervis, operæ adhuc nullæ eſſe poſſunt: & qui eſt quinquennio major. Ariſtoteles ratione educationis tres Infantum ordines inſtituit, quorum primo nudam tenelli corporis curam deputat: alterum, ad quintum annum pro mobili jam corpore exercendo, admittit ad ludos: tertium ad ſpectacula ſaltem artium, quibus poſt ſeptimum annum animus imbuendus eſt.

L. fin. §. 1. de Oper. Serv. L. 12. §. 3. de Uſufr.

Caput IV.

De Pueritia. de Proximis Infantiæ; & de Pubertati proximis.

I. Pueritiæ vocabula, & deſcriptio.	*III. Item Puellarum.*
II. Puerorum varii ſignificatus	*IV. Pueri in ſpecie: eorumque alia nomina.*

V. Pro-

V. Propria affectio Puerorum.
VI. Pueritiæ legalis terminus.
VII. Ejus ratio ex Tertulliano.
VIII. Tempus pubeſcentiæ varium.
IX. Illud apud Germanos ſerius olim, hodiè feſtinatum.
X. Effectus ex præcoci vel tardiore pubertate.
XI. Terminus pueritiæ in diverſis Rebuspubl. & imprimis in Republ. Rom. qualis & unde fuerit.
XII. Videtur Romæ inſpectionem corporis circa pubertatē, antiquitus viguiſſe.
XIII. Unde diſputationes diverſarum ſcholarum de pubertate exortæ.
XIV. Reverà in foro ſuper hâc re diſceptatum fuiſſe probatur.
XV. An & quid Iuſtinianea Conſtitutio circa pubertatem definiverit.
XVI. An ſaltem ad particulares cauſas iſta Conſtitutio pertinet.
XVII. An Iure Can. quidim mutatum.
XVIII. Quis terminus pueritiæ de Iure Sax. in allodialibus; & feudalibus.
XIX. In Criminalibus quid obſervatur.
XX. Quæ ſunt partes Pueritiæ.
XXI. XXII. ſeqq. Variæ Dd opiniones de Infantiæ proximis, & Pubertati prox.
XXV. Faræ circa Infantiæ proximos nova opinio.
XXVI. An Imperator in §. Pupillus. de Inutil. ſtip. novi quid conſtituerit.
XXVII. Quis rectè Infantiæ proximus, & quæ ejus legitima attributa.
XXVIII. & XXIX. Qualiter Infantiæ proximus comparetur Infanti & Furioſo.
XXX. Hypotheſis Faræ in ſummam redacta.
XXXI. Quis Pubertati proximus.
XXXII. Ejus legitimæ affectiones.
XXXIII. Quomodo determinandi Pubertati & Infantiæ Proximi.
XXXIV. Modus hîc arbitrandi.

I.

SEcunda ordine noſtro ætas, eſt Pueritia, quã & *a* Ulpianus, & Interpretum plurimi, ſenſu noſtro accipiunt. Dicitur & ætas puerilis, *b* & pupillaris. *c* Excipit autem Pueritia Infantiam conſummatam, & abſolvit impuberem ætatem, formatque (in ſexu nobiliori) alterum à nativitate ſeptennium.

II. Puerorum plurimus in latinitate ſignificatus *d* eſt. Nobis hoc eſt ab ætate nomen. ubi tamen iterum latius patet, & ſtrictiùs. Infantibus *e* id quoque tribuitur: Sed & ipſis adultioribus ſæpiſſimè. quomodo Hieronymus Siciliæ Rex, Livio *f* puer dicitur, cum quindecim ferè annorum (verus Varroni pueritiæ terminus, apud Cenſorinum *g*) eſſet, unde & Juvenem mox appellat Andranodorus, & ſine tutorum adminiculo regni potentem. Sic quoque minoribus decem & ſeptem annis pueritia impedimento eſſe traditur Ulpiano, *h* quo minus poſtulare poſſint. Cæſarem Octavium, XIX. annos natum, ut computat Vellejus, *i* per contemtum Antonius vocat puerum, in literis ad Hirtium & Cæſarem, quas Cicero *k* recenſet & caſtigat. Inde diſtinctione opus fuit, in ludis potiſſimum Trojanis, ab Auguſto inſtitutis, *l* inter *pueros majores*, qui mediæ inter puerilem & virilem ætatem erant: & *minores*.

III. In ſequiori ſexu Puellæ ſunt; quæ tamen & ipſæ puerorum vocabulo comprehenduntur. *m* Sic Cicero: *n* Atticæ, quoniam (quod in pueris eſt optimum) hilarula eſt &c. Sed & hæ in adulta ætate puellarum nomine veniunt. quomodo de Agrippina Tacitus, *o* illam puellaribus annis ſtuprum cum Lepido ſpe dominationis admiſiſſe. Et dolorem in puerperio puellam perpeti, dicit Seneca. *p* Rhea, duos pueros ſimul enixa, Juſtino; *q* & Servilia, intra vigeſimum ætatis annum, maritoque nupta, & jam viduata, Tacito, *r* eodem nomine inſignes ſunt.

IV. Specialiùs tamen & propriè Pueros ætas intra infantiæ finem & initia pubertatis concludit. Unde & Varroni, *quaſi puri, i.e. impuberes*, *s* dicti: Sic apud Livium *t* illud regnum, quod immaturo Aſcanio ad puberem uſque ætatem incolume manſit, ſub tutela materna puero ſtetiſſe dicitur, Et inter pue-

a *L. 3. §. 10. de Carbon. Edict.*
b *L. fin. §. 6. Cod. de bon. quæ lib.*
c *L. 3. C. de Præſcr. 30. an.*
d *Vid. L. 104. de V. S. & ibi Alciat.*
e *L. 3. C. de Infant. expoſ.*
f *XXIV, 4.*
g *c. 14.*
h *L. 1. §. 3. de Poſtul.*
Vid. L. 14. de §. 1. de alim. leg.
i *II, 61, 1.*
k *Philip. 13, 22. conf.* Suet. *Aug. 12. ibi Caſaubon.*
l Suet. *Aug. 43 & Tiber. 6. ibi Caſaub.*
m *L. 163. de V. S.*
n *Ep. ad Attic 16, 11.*
o *A. 14, 2, 4.*
p *Epiſt. 24.*
q *43, 2, 4.*
r *16, 30, 2.*
s *Cenſorin. c. 14.*
t *I, 3.*

Tiber. c. 6. ritiæ acta Tiberio numerat Suetonius, quod ante pubertatem novem annos natus, defunctum Patrem pro roſtris laudaverit. Atque ita Mela, proprietati vocis, quàm rei ſubjectæ intentior, rectè puerum & puellam definiit; frequentiusque in jure accipi tradit Gœddæus. Iidem in ſpecie *impuberes*, * & *inveſtes*, * (naturalibus vocabulis) *pupilli* * denique appellantur.

L. 14. pr. de alim. legat. ad L. 204. de V. S. * §. 18. de Obl. quæ ex delict.

V. Puero vim aliquam conſultricem jam tribuit Ariſtoteles,* ſed imperfectam. Unde *ſatis eſt*, inquit, *tantam in puero eſſe virtutem, ut provectiorem benè audiat monentem.* Eadem & jura paſſim ipſi tribuunt, ſc. lubicrum conſilii, & incapacitatem; mentem inſtabilem; infirmum, imò nullum animi judicium, quæ & ſimilia tralatitia ſunt.

* Tertull. de anima. * L. 7. §. 3. de Pecul. L. f. §. 2. de V. O.

VI. *Quando autem puer ratione uti incipiat*, inquit Hugo Grotius,* *non poteſt certo definiri: Sed ex quotidianis actibus, aut etiam ex eo, quod communiter in quoquo regno accidit, deſumendum eſt.* Benè ſanè: niſi quod ad priorem definiendi modum, nec peculiares Pædonomi ſufficerent. Ideoque ſatius eſt, Legem, communem cujusque regionis naturam obſervantem, hîc attendere. Lex ergo Pueritiæ terminum in pubertate figit, naturalia civilibus adaptans, & ex corporis inſignioribus mutationibus (quas hîc peculiariter contingere cenſet Zacchias) animi & intellectus incrementa colligit eminentiora.

* 1. Pol. 8. de I. B. & P. II, 11, 5. l. 1. t. 1. qu. 7. n. 81.

VII. Rationem hujus, ſuo more argutè, inveſtigans ita tradit Tertullianus: *quod ad carnis animæque ſocietatem faciat, pubertatem quoque animalem* (forſan tamen & hîc Stoicismum ſapit Tertullianus, cujus arguitur à Lipſio. nos de intellectu, per corporis mutationes ſe exſerente illum exaudimus) *cum carnali dicimus convenire, pariterque & illam ſuggeſtu ſenſuum, & iſtam proceſſu membrorum exſurgere à quarto decimo ferè anno: non quia Aſclepiades inde ſapientiam ſupputat, nec quia jura civilia ab hinc agendis rebus attemperant; ſed quod & hæc de primordio ratio eſt. Si enim Adam & Eva ex agnitione boni & mali pudenda tegere ſenſerunt: ex quo id ipſum nos ſentimus, agnitionem boni & mali profitemur. Ab his autem annis & ſuffuſior & veſtitior ſexus eſt, & concupiſcentia oculis arbitris utitur, & communicat placitum, & intelligit quæ ſint, & fines ſuos ad inſtar ficulneæ contagionis prurigine accingit.*

de Anima. c. 20. Phyſiolog. Stoic. l. 3. c. 13.

git. Naturaliter ergò ibi puerilitatem deſinere ſtatuit, ubi cum prurigine corporis, anima intellectum ſuſcitat. Neque tamen ex hoc Tertulliani argumento quicquàm patrocinii mutuabitur Hugonis Grotii ſocinianizans opinio, quâ primis noſtris Parentibus in primæva illa & excellentiſſima rerum omnium ſcientia & ſapientia, infantilem & puerilem imputat *ſimplicitatem, & ignorationem magis vitiorum, quàm cognitionem virtutis*, exinde, quod nuditatis ſuæ ſenſum nullum perceperint. Noſter enim hîc argumentatur ab eventu Adami & Evæ, quo illi, quid differret integritatis & obedientiæ bonum, ab corruptionis & inobedientiæ malo, ſeriùs agnoſcebant, ſimulque ſanctitate & innocentiâ animi exutâ, pravæ concupiſcentiæ ſtimulos in membris ſuis animadvertebant. Inde, dicimus, argumentatur Tertullianus ad noſtra initia, quibus malo iſto in nos traducto, tunc demùm intelligere & decernere incipimus, puerilemque deponere ſtuporem, cum & pudendum aliquem in nobis corporis habitum deprehendimus. Id enim omnes facile Naturæ indagatores conceſſerint, ad primum corporis humani florem, animæ quoque & rationis virtutem, quæ in herba hactenùs quaſi delituit, ſeſe exſerere, & rerum intellectum oſtentare.

II, 2, xi

Gallæus *ad Lactant. divin. inſt. II, 12, 13.* Ziegler. *ad Grot. d. l.*

VIII. Verum circa tempus pubeſcentiæ admodum varia eſt Natura, ſi tum ſecula inclinantis mundi cum iſtis, quæ primordio ejus cohærebant: tum diverſos inter ſe populos, tum etiam eâdem in gente diverſas conferamus perſonarum conſtitutiones. Ante immiſſum mundo diluvium homines tântæ ſuæ longævitati æqualem exegiſſe pubertatem, vero ſatis eſt ſimile; atque exinde, quàm tarda & ſegnis tunc fuerit humana natura in producendis hominibus ex eo, non vanè concludit Iſaacus Voſſius, quod Noachus nonus demum, in generatione tot ſeculis exactâ, ab Adamo fuerit. Poſt diluvium, licet plurimùm primævæ vivacitati decerptum, ſeriùs tamen & tum ad pubertatis efficaciam acceſſiſſe mortales, ignotum non eſt. Paullatim deinceps ad mollitiem vergente ævo, ubi & luxuries naturam prævertere, & maturitas cito ſui interitu quibuscunque modis advocari cœpit, tum quidem homines, amiſſo avito robore, teneriores adhuc ad pubertatem proſiliunt.

Diſſertat. de Vera ætat. mundi.

IX. Man-

IX. Manſit tamen apud conſtantiorem quamque gentem antiquæ ſtudium virtutis & firmitatis, ad quam proſequendam laude etiam præmiiſque invitabantur. Ita enim de Germanis Cæſar: *qui diutiſſimè impuberes manſerunt, maximas inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali vires, nervosque confirmari putant.* Inde Tacitus, *inexhauſtam* iis *pubertatem* tribuit. Et jam ante hunc Pomp. Mela *longiſſimam apud Germanos pueritiam eſſe*, generaliter tradiderat. Ex quo, vir de Germania noſtra plurimùm meritus, Herman. Conringius, *tardiùs tum ipſam pubertatem adventaſſe* ſtatuendum docet: & cur tamen illa hodiè citiùs, & ſueto aliis gentibus tempore, effloreſcat, in luxorioſam, à priſca illa Majorum noſtrorum planè alienam, vivendi rationem, quam ſequitur etiam morum depravatio, rejicit.

de Bell. Gall. 6, 21. *Germ. 20, 4.* *de Habit. corpor. German. cauſis p. 119. ſeq.*

X. De effectibus præcocioris vel tardioris pubertatis, ut multa alia, egregiè diſſerit doctus ille Hiſpanus, quem Johannem Huartum Medicum eſſe volunt, in libro cui titulus, *Examen de Ingenios para las Sciencias.* Sic autem ille: *Pero las edades de los hombres, no en todos tienen la miſma cuenta y razon: porque à unos ſe les acaba la puericia à doze annos: a otros a catorze, a otros a diez y ſeys, y a otros a diez y ocho. Eſtos tienen las edades muy largas, porque l'lega ſu juventud a poco menos de quarenta annos: la conſiſtentia a ſeſſenta, y tienen de y vejez otros veynte annos, con los quales ſe hazen ochenta de vida, (que es el termino de los muy potentados) Los primeros (a quien ſe les acaba la puericia a doze annos) ſon de muy corta vida: conmiençan luego a raciocinar, y nacer les la barva, y durales muy poco el ingenio: y à treynta y cinco annos comiençan a caducar, y a quarenta y ocho ſe les acaba la vida.* quorum interpretem ſatis accuratum egit Æſchacius, ut ſe dicit, Major in *Scrutinio ingeniorum.*

c. 3. fere in fin. Edition. Barcellon.

XI. Quamvis autem Lucretius poëticâ latitudine naturæ libertatem nihilominùs ad certum tempus deſtinet, dum canit:

de Rer. natur. 5.

> *Nec minus in* (quæ verba alii inaniter conflant) *certo dentes cadere imperat ætas*
> *Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte;*

tamen

tamen Legis hîc terminus publicè & conſtanter conſpicuus, naturam ſub verecundiæ velo ſaltem ſuſpicit. Idque paſſim in variis Rebuspubl. obſervare licet. Hebræorum Statutis pueritiam exuebat mas decimo tertio anno, cum die uno; Femina anno duodecimo cum die item uno, ſuperatis. Priſcis Perſis ſexto & ſeptimo ſupra decimum anno adhuc cenſebantur inter Pueros, etiam Principum liberi, quod in Cyro demonſtrat Xenophon. In Lacedæmoniorum Republ. ad hanc ætatem forte referendi, qui ad annum usque duodecimum ex Lycurgi inſtituto, nudi incedebant. Quos in antiquo regno Romano Servius Tullius pueros eſſe usque ad XVII. annum conſtituebat, ad militares tantum functiones ſpectare videtur. Dubium eſſe poſſet, ad Romanamne, vel aliam Civitatem pertineat illud, quod Tertullianus, Afer & Presbyter Carthaginenſis, tradit, *Tempus*, inquiens, *etiam Ethnici obſervant, ut ex lege naturæ jura ſua ætatibus reddant. Nam feminas quidem à duodecim annis, maſculum verò à duobus ampliùs ad negocia mittunt, pubertatem in annis decernentes.* Ex Romano tamen jure illum hæc hauſiſſe veroſimiliùs eſt, quòd in Provinciis, qualis tum Africa erat, etiam Præſides ex L. Julia & Titia dabant Pupillis Tutores, ſine dubio eo, quo Romæ, modo. Idem eâdem ferè ætate aſſerit Aurelius Macrobius, Vir Conſularis, & legum rerumque Romanarum ſine dubio callens. Ita enim ille: *Poſt annos bis ſeptem ipsâ ætatis neceſſitate (homo) pubeſcit. Ideò & tutela pueris, quaſi virile jam robur, abſolvitur: de qua tamen feminæ, propter votorum deſtinationem, maturius biennio Legibus liberantur.* quas Leges, Juliam & Papiam, ſub Auguſto latas, auguratur non ſine cauſa Cujacius. Et juvabit iſtam opinionem, quod juxta Macrobium feminæ biennio pubertatem præcipere dicantur ex legibus, propter *votorum*, i. e. nuptiarum, *feſtinationem.* (quem in ſenſum Tacitus,* *nec virgines feſtinantur*, dixit) unde etiam, ſuperato puellari definito tempore, Viripotentes ſunt dictæ, eo argumento, de quo Lex Julia & Papia tractabat præcipuè.

Selden. *de Synedr. II,* 3, 2.

Cyropæd. 1.

Plutarch. *Lycurg.* 31.

Gell. *X*, 28.

de veland. Virg. c. 11.

Pr. I. de Atil. tut.

Somn. Scip. l. 1. *c.* 6.

lib. 4. *diff. Modeſtin. ad L.* 14. *de Sponſal. Tom.* 1.

* *Germ.* 20, 4.

XII. Verùm quid dicemus de veteri Jure & mediâ Jurisprudentia? Sanè XII. Tabb. jam cautum erat: Si paterfamilias

lias inteſtato moritur, cuI impubes ſuus heres eſcit agnatus proximus tutelam nancitor. quando ergo deſinebat eſſe impubes? An interim corporis inſpectio uſurpata, quam ex Græcia induxiſſe potuerunt Decemviri? nam Athenis id juris fuiſſe, probat ex Ariſtophane, & Scholiaſte ejus Hugo Grotius in Florum ſparſione, ubi morem iſtum ab Hebræis & Phœnicibus illuc traductum eſſe putat. Quod jus Civitatis ſuæ reſpexerunt Plato, ſcrutinium Judicis circa ætatem ad nuptias idoneam in adſpectu corporum nudatorum ſtatuens: & Ariſtoteles, qui duas ætas diſciplinæ patientes, nimirum à ſeptimo anno ad Pubertatem, & inde ad XXI. annum, recenſens, nullum tamen pubertatis terminum exprimit, quin potius mox, qui per hebdomadas ætates conſtanter partiuntur, vanitatis arguit. An verò etiam ante Auguſti tempora annorum æque ut corporis habitudinis ratio in utroque ſexu inibatur? Id Servio fortè viſum, ad illud Virgilii:

ad tit. I. quib. mod. tut. fin. — *de Legib.* 11. — 7. *Polit.* 7.

Æneid. 7. *Iam matura Viro, jam plenis nubilis annis:*

ubi Poëtam ſecundum jus loqui, ait, & primum membrum ad habitum, alterum ad annos pertinere. Nobis ſane, ubi firmiora deſunt, nihil ultra liquet.

7. *Saturn.* 7. XIII. Conſtat interim ex Macrobii alio loco, quòd *ſecundum Iura publica duodecimus annus in femina, & quartus decimus in puero definiat pubertatis ætatem.* Ubi ſi iterum per Jura publica Legem Juliam & Papiam intelligimus, ſtatuamus neceſſe eſt, Scholam *C. Caßii*, (qui ſub Tiberio jam celebris; & ceteros præminebat peritia Legum) iſtam de *Pubere* (nam de femina jam tum tranſegerant) definitionem, maturè diſputationibus ſuis impetiiſſe, non annis, ſed habitu corporis pubertatem maſculorum dignoſcendam cenſens. Nam in aliis quoq; mox ſub Principatu Tiberii de moderanda Papia Poppæa, quam ſenior Auguſtus ærario augendo ſanxerat, relatum eſt: in non paucis etiam planè ipſi derogatum. Caſſianæ Sectæ ſe oppoſuit pro Legis defenſione *Proculus* ejusque aſſeclæ, & annis tantùm puberes definiendos concluſerunt. Quibus medii poſtmodum intercedebant,

L. 2. *§.* 47. *de O I.* — Tac. *A.* 12, 12, 1. — Tac. *A.* 3, 25, 1. — Tac. *A* 3, 28, 6. — Suet. *Claud.* c. 19.

bant, qui *Priſci Iavoleni* ſequebantur dogmata, qui, ut præcocitati quorundam inhiberent, corporis ſimul habitum, & annos plenos (quod clariùs explicat Theophilus) ad maſculorum pubertatem requirebant. quæ ita exponit Ulpianus in fragmentis. Atque harum diſſenſionum colliſiones ſine dubio innuit Quintilianus, principiis illarum coævus, qui *Iuris & Centumviralem quæſtionem* facit: *Pubertas annis, an habitu corporis æſtimetur?*

Pr. I. quib. mod. tut. fin. tit. 11. §. fin. Inſtit. Orat. 4, 2.

XIV. Quamvis ergò Ulpiani ævo controverſias has viguiſſe, apertiſſimè conſtet, ipſe tamen Proculi ſententiam (quam legitimam fuiſſe ſupra demonſtratum) tanquam veriorem & receptiorem amplexus & profeſſus eſt: quod patet *ex L. 5. D. qui teſtam. fac. poſſ.* ubi comparativa oratio *verius eſt,* ſatis clarè controverſum hunc articulum innuit; & ex *L. 2. pr. de Vulg. & pup. ſubſt.* Cujus adeò momenta, neglectis aliis in diverſa abeuntibus, digna habita ſunt, quæ à Compilatoribus Digeſtis infererentur. Sed & præter annos habitum corporis hîc requiſiviſſe fori diſputationes, clariſſimè juvat Reſcriptum Diocletiani & Maximiani A. A. qui requirenti, &, defuncto teſtatori non quidem annos quatuordecim, ſed habitum corporis defuiſſe, fortè cauſanti Radoni reſpondent: *Si hanc ætatem egreſſus, licet vigoris nondum emerſiſſent veſtigia, ſuum ſolenniter &c.*

L. 4. C. qui teſt. fac. poſſ.

XV. Ut adeò injuriâ Sacratiſſimum Imperatorem falſum dicat Bachovius.* Nam licet etiam Conſtantinus Magnus* dicat, *feminarum ætatem biennio viros non ſerâ pubertate præcedere*; tamen ibi peculiariter de termino pubertatis nihil ſancitur, ſed inter Centumvirales quæſtiones verſatum eſſe firmiter credendum eſt, donec pragmatica Juſtiniani Imp.*ſanctione (qualis ante hanc nulla probata) finis diſputationi imponeretur. Quâ ſanctione penitus abolitâ in maſculis quoque inverecundâ nudati corporis inſpectione, juſſit ut in his, æque ac in Feminis jam receptum erat, pubertas nudè ex annis æſtimaretur; His quidem annum duodecimum completum confirmando; Illis vero præſtituendo quartum & decimum ſimiliter completum: quod tempus adeò Pueritiæ finis eſt, ſive illo puer veſticeps, aut puella viripotens ſit, ſive non ſit.

* *ad pr. I. quib. mod. fin. tut.*
* *L. un. C. Theod. de his qui ven. æt.*
* *L. fin. C. quand. tut. eſſe deſin. Pr. I. quib. mod. fin. tut.*

arg. L. 4. C. qui teſt. fac. poſſ.

XVI.

XVI. Iſte ergò pueritiæ terminus de Jure Civili regularis & generalis eſt, ob generalem, nec ad privatas preces aut ad ſingularem cauſam, promulgatam ſanctionem Juſtiniani Imperatoris. Hinc in omnibus cauſis locum habet; niſi ſi quæ diſertè ſint exceptæ; quales ſunt, *poſtulatio*, & ante hanc *Militia*, quæ tamen revera actûs pubertatis ſunt, ut ſuo loco dicemus; nec non *pia cauſa alimentorum*. Quæ tamen exceptiones, regulam in caſibus non exceptis confirmant. Ut fruſtra ſit Fara, qui tantum ad tutelas & teſtamenta iſtam definitionem reſtringit, jura etiam Canonum, cum Imperatoriis Legibus, quoad matrimonia, malè confundens.

arg. L. 14. §. 1. in fin. de Alim. leg.
L. 1. §. 3. de Poſtul.
d. L. 14. de Alim. leg.
de Eſſent. Infant. c. 2. & 7.

XVII. Et quamvis non ſine cauſa moneat Cujacius, de *c. Puberes. X de deſponſat. impub.* illud non inſeri Decretalibus debuiſſe, quia decretum Pontificis, aut Concilii non eſt; tamen Gloſſa illius diſpoſitionem pro genuina, in matrimonialibus cauſis, agnoſcit. Sed & huic derogat, in caſibus ubi legitima adeſt ætas, communis Dd. opinio, quam oſtendit Caniſius.

ad d. c. puberes.
Comment. ad d. c. 3.

XVIII. Jure Saxonico Pueritia, (quâ homines illo jure dicuntur, die noch binnen jhren Jahren ſind/ aut, vor jhren Tagen und Jahren/) inhoneſtâ indagatione corporis etiam dijudicata eſt olim, uti patet ex *art. 42.* Landr. quod tamen deinde *ad diſpoſitionem Juris communis redactum, ut regulariter illius definitio in utroque Sexu obſervetur. In cauſis tamen feudalibus* clauditur pueritia illo jure anno XIII. cum VI. ſeptimanis completis.

artic. 23. Landr. *ibi gl & artic. 42.* Landr.
**gl. ad d. artic. 42.*
Carpz. p. 2. c. n. d. 9. n. 10.
** cap. 27.* Lehnr. *ibi gl. Carpz. d. l. n. 3.*

XIX. In Criminalibus, quoad terminum pueritiæ, diſcrimen ſexûs feminei ſuſtuliſſe videtur Carolus V. * Imperator. quod mores hodierni generaliter receperunt, teſtante Carpzovio.*

* P. H. O. *art. 164.*
** Pr. Crim. qu. 143. n. 26. ſeqq.*

XX. Indagatis nunc legitimis Pueritiæ terminis, ſupereſt, ut ætatulæ hujus particulas colligamus. Cum enim intra ſuum decurſum notabiles gradus admittat, quibus intellectus *crementa* ſua, *non quidem ſubſtantiva, ſed provocativa*, ut Tertullianus de Anima loquitur, computare permittit; Hinc Jura Puerum, quà ab Infantia noviter procedit, minùs intellectu pollentem, & Infanti ſimilem agnoſcunt, dicuntque Infantiæ proximum: quà

c. 19.
§. 9. I. de Inutil. ſtip.

quà verò lætè aſſurgit ad pubertatem, tanquam notantioris intel-
lectûs capacem, vocant Pubertati proximum, vocabulis i-
pſam rem quidem exprimentibus, ſed non definientibus diſcri-
minis punctum. unde ejus indagatores admodum variant.

XXI. Accurius & ſequaces æquis partibus ſecandos cen- *gl. in d. §. 9.*
ſent annos pueritiæ, ut citeriores Infanti proximo, ulteriores *arg. §. fin.*
Proximo Pubertati cedant. Et hæc paſſim apud Dd. audit *com-* *qui & quib.*
munior ſententia. *ex cauſ. ma-*
num.

XXII. Alii Proximum pubertati illum dicunt, cui ad le-
gitimum pubertatis punctum ſemeſtre tempus abeſt. quomodo
Baldus quo ad delicta iſtam finitionem eruit ex *L. 14. ibi: nec*
multum. D. ad SC. Silan. Sed videatur *§. un. I. de liter. oblig. ibi gl.*
Ad omnia autem generaliter negocia hanc opinionem dein-
ceps accommodat gl. & Innocent. *in c. Continebatur. X. de Deſponſ.*
impub cui & ipſe Baldus *in L. properandum. §. Et ſiquidem. n. 2.*
C. de Iudiciis. adſtipulatur. Accedit ei & Cujacius, qui curatè *17. Obſ. 6. in*
ſe ſervare dicit, quòd *proximitatem finiat ſemeſtre tempus.* Fun- *fin.*
damenta ſua illi ſumunt *ex c. 6. & c. 10. X. de Deſponſ. impup. l. 17,*
pr. de Excuſ. tut. l. 13 § 2. C. de Iudic.

XXIII. Atque ex his motus Uldaricus Zaſius etiam In *lib. de Iudaiis*
fanti proximum ait illum eſſe, qui per ſex menſes infantiam ſu- *qu. 2, in pr.*
peravit: quò cuique ſua paritas conſtaret Sed tali modo dare-
tur vacuum, nulli Juri adſcribendum: quod nec moralitas ad-
mittit.

XXIV. Denique non pauci arbitrandum Judici conclu-
dunt; tanquam in re dubia, & à Jure non definita. Ac plures *de A. I. Q.*
etiam à Menochio referuntur opiniones aliæ. *caſ. 57.*

XXV. Omnes tamen ad unum ferè in eo conveniunt,
utroſque & Infantiæ, & Pubertati proximos, inter Infantiæ & Pu-
bertatis terminos conſiſtere. Ita enim & Theophilus definit *in §. Pupil-*
Proximum infantiæ illum, *qui ſeptimum aut octavum annum agit:* *lus. de Inut.*
& Proximum pubertati, *qui ad pubertatem accedit.* Ex quibus, *ſtip.*
veros fontes deſerens, ſupra nominatus Fara, *tr. de Eſſentia Infan-* *Tom. 8. tract.*
tiæ, proximi Infantiæ, & proximi pubertati, præter novam opi- *tractat.*

nionem de Infante in ſpecie, cui unum vel duos annos (cum tamen ex more veterum *Trimi* ſint demùm lacte depulſi. vid. 2. Macab. 7, 27. conf L. 9. C. de Patr. poteſt) tribuit, nunc porrò infert, *Infantiæ proximos, qui rectè loqui incipiunt, eſſe puellam quæ ſeptimum; Puerum qui octavum agit annum: reliquum tempus ad pubertatem usque Proximis pubertati cedere. Atque ita Infantiis in ſpecie, & Proximi infantiæ nullibi aliàs in toto jure fieri mentionem, niſi in unico §. 9. de Inutilib. ſtipul.* quem tamen ex ſuâ hypotheſi *de Infantibus in genere*, reliquo juri perpetuo ſophiſmate difficulter conciliat. Sed omittere & iſtum §. debuiſſet Fara, cum domi ſuæ natam opninionem ſibi ſolus citra invidiam habeat, ingenio tamen laudandus.

Cujac. 19. obſ. ult.

XXVI. Nos certi ſumus, nihil novi Imperatorem in d. §. inſtituiſſe, ſed omnia ex recepto antè recenſuiſſe jure, quo Infanti dudum ſua ætas erat aſſignata. Proximus autem Infantiæ hîc demum, & non alio juris loco, ad exemplum Pubertati proximi, nomen ſortitus ſit; res tamen perantiqua fuit, & ſæpiſſime JCtorum interpretationibus in jure definita. Etenim formulæ illæ olim à JCtis adhibitæ, *propter utilitatem receptum eſt* & *benignius acceptum eſt*: eædem ſunt, de quibus dicit Imperator *in d. §. 9. propter utilitatem illorum benignior juris interpretatio facta eſt.* Quæ ſanè vocabula infra Imperiales ſanctiones ſunt, & novas conſtitutiones.

L. 6. Rem. pup. ſalv. L. 1. §. 13. de O. & A.

XXVII. Itaque ex Legum veritate, & communi Dd. conſenſu dicimus, Infantiæ proximum eſſe puerum infante, adeoque ſeptem annis majorem, qui fari poteſt, ſed teneritate & imbecillitate intellectus adhuc laborat, quâ tamen benigniori juris interpretatione, ubi utile eſt, ſuſtinetur. Fandi potentia * ipſis primò attribuitur: unde Theophilus eos dicit, *qui rectè loqui incipiunt.* Ex quo tamen Fara * fruſtra infert, ergò nondum poſſunt fari, neque adeò ſeptem annis majores ſunt. Nam rectè fari incipere ibi præter vocis ſonum, diſpoſitionem ad judicium & ſenſum aliquem rerum denotat. Quamvis ob intellectûs imbecillitatem ejusmodi puerorum loquela, intemperantiâ verborum & procacitate potiùs, quam pondere placere ſoleat, Qualecquid in

** L. 1. §. 2 de admin. & per. tut. arg. L. 70. de V. O.*

** d. tr. c. 23.*

in Cyri prima pueritia notat Xenophon, cujus Interpretem Gallum Mr. Charpentier, ob ſermonis elegantiam huc adducimus, is ita habet: *Cyrus aymoit aſſez à parler. mais on deſcouvroit en tous ſes diſcours une certaine ſimplicité, & une douceur amoureuſe, qui donnoit aſſez à connoiſtre, que cette abondance de paroles ne provenoit point d' arrogance, ni de vanité; tellement qu' on prenoit plaiſir à l'entendre.* Subjicit mox, quomodo abundantiam iſtam loquendi annis depoſuerit: *Mais à meſure qu' il approchoit de l' adoleſcence, il commença à parler moins, & plus poſement qu' auparavant &c.* Ceterum puerilem talem loquacitatem & garrulitatem, corporis animique imbecillis indicium obſervat Tiraquellus.

Cyropædie I, 5.

L. Connubi. XII. n. 15.

XXIII. Quamvis autem Infanti proximus plus Infante ſapiat; *a* tamen tantum intellectum non habet, quantus ad juris actus ſufficit. Unde ſtricto jure Infanti æqualis cenſetur, & Gajo *b* dicitur, *Furioſo proximus, ejusq; ætatis, ut nondum intelligat, quid agatur.* Paulus verò JCtus *c* dicit, quòd *ejusmodi ætatis puer rerum cauſas non intelligat, nec ſcire aut decernere poſſit, non magis quàm furioſus.* & quòd *actum rei non intelligat. d* Ex quibus deinde Imperator *e* hunc *æque ut Infantem*, ait, *non multum à furioſo diſtare, & nullum habere intellectum.* Quæ tamen vel de perfectiore intellectu, vel comparativè ad ætates majores, & omninò pro juris effectibus interpretanda eſſe, non intempeſtivè monet Bachovius *f*

XXIX. Nam aliàs ut ætate, ita jure diſcernuntur ab Infantibus, tum *in d. §. Pupillus.* tum in cæteris Juris textibus, quibus *benignâ juris interpretatione* iidem illis juris effectus tribuuntur, quibus pollent Pubertati proximi: *g* idque propter utilitatem illorum. In odioſis enim innocuæ inſcitiæ relinquuntur, nec cenſentur doli capaces. *h* Atque exinde Covarruvias *i* falſitatis arguit gloſſam *in c. 1. X. de Delict. puer.*

XXX. Ex iſtis hypotheſin Faræ facile deſtruimus, cujus ſumma in his ferè ſe fundat. Proximus Infanti, inquit, nullum habet intellectum, & furioſo ſimilis habetur: Inde fari non poteſt, tum *arg. L. 7. pr. C. ad SC. Trebell.* tum per definitionem Theo-

a *L. 14. de Sponſal. L. 1. §. 3. in fin. de A. vel A. P. L. 32. §. 2. eod.*

b *L. 1. §. 15. de O. & A. L. 3. Rem. pup. ſalv.*

c *L. 9. de A. vel O. H.*

d *L. 5. de R. I.*

e *§. 9. de Inut. ſtip.*

f *ad §. Eſt autem. I. de Tutel. n. 2. vid. Br. Iaſon alii ad L. Pupillus. de A. O. H.*

g *d. §. Pupillus.*

h *arg. L. 111. de R. I.*

i *de Matrim. p. 2. c. 5. n. 8. in fin.*

Theophili: Sic per conſequens ſeptem annis eſt minor: qui jure ff & C. (in quo parum cautus Fara) in genere Infans vocetur; nova tamen Inſtitutionum conſtitutione, & interpretatione Theophili, formet intra ſeptimum annum illum, qui diverſus ſit ab Anniculo ſeu lactante, qualis in ſpecie & propriè Infans eſt.

XXXI. Pubertati autem proximus eſt Impubes, qui non procul à pubertate abeſt: ſeu, juxta Theophilum, qui ad pubertatem accedit. Hunc, peculiari hæreſi, Robertus ſtatuere videtur illum, qui nuper pubertatis annos prætergreſſus eſt, notante Hilligero. Cujus forte opinem ſuſtineret Ulpianus *in L. 3. §. fin. D. de Liber. exbib.* Sed quomodo pubertatem prætergreſſus pupillus dici poterit?

XXXII. Et hi ratione jam uti poſſunt & cenſentur, ita ut in Univerſalibus & quæ rationem honeſti & inhoneſti naturalem habent, plenus intellectus illis attribuatur. Unde etiam Jure *doli capaces* audiunt. In particularibus autem, & quæ ex cauſis ſuis, & circumſtantiis, uti vocant, deſpiciuntur, ibi ob *mentis inſtabilitatem*, *c* ſibi non ſufficiunt, ſed virtute aliquâ directrice (ſi ſui juris ſit hujusmodi ætatis homo) opus habet, quâ ſine *non-ſapiens* eſt: *d* & nec velle, nec nolle, *e* in iis, quæ præjudicium aliquod ipſi afferrent, recepto jure *f* (*Pr. Inſt. ibi:* placuit. *de Auct. tut. L. 8. ibi:* more civitatis. *D. de A. vel O. H.*) poteſt.

XXXIII. Jam ut calculum noſtrum addamus de tempore & annis, quibus addicendus tum Proximus Infantiæ, tum Pubertati proximus, exiſtimamus per regulam ſupra *g* à nobis traditam, Judicis arbitrio id optimè definiri poſſe: tum quòd nullo expreſſo jure id factum reperiatur; tum quod id recta videatur exigere ratio, ut, ſi quà opus ſit, intellectus cujuslibet circa Univerſalia coràm exploretur, ne vel tardiori ingenio quid iniqui imputetur, vel præcocioribus malitia lucro cedat. *h* Atque id docent Corafius, *i.* Covarruvias *k* Quintil. Mandoſius, *l* Menochus, *m* & poſt plures Carpzovius. *n.*

XXXIV.

Marginal notes: 3. *animad.* 32. — *in Don.* 12, 22. *K.* — *a vid.* Briſſon. *ad L. Pupillus. de A. O. H.* — *b L.* 111. *de R. I. L. 4. §.* 26. *de dol. mal exc.* — *c L fin. C. de Milit. teſtam.* — *d L. 27. §. 5. de Arbitr.* — *e L. 189. de R. I.* — *f Vid. Grot. III, 23, 2.* — *g Part. I. Cap. 2.* — *h arg. l. 13 §* 1. *de Dolo.* — *i 6. Miſc.* 23. *n. 7. ſeqq.* — *k. de Matr. p. 2. c. 5. n. 8.* — *l de ætat. min. c. 4. n 35.* — *m de A. I. Q. caſ. 57. n. 44. ubi magis receptam opinionem eſſe aſſerit.* — *n Pr. Crim. qu. 82. n. 6. ſeqq. & qu. 143. n. 32.*

XXXIV. Quoad modum arbitrandi, monet Covarruvias, adhibendam in conſilium eſſe communem de æqua medietate harum Pueritiæ partium opinionem, ne ante illud tempus medium, ſine perſpectiſſimâ cautione, aliquem Infantiæ proximorum numero eximat Judex: poſt illud levioribus ex conjecturis, Pubertati proximis quem addici poſſe; ac leviſſimis, ſi ſex menſibus tantum puer à pubertate abſit. Alias cautiones exhibet etiam Menochius. Obſervanda eſſe, mores, ſermones, ratiocinationes, improbè vel probè dicta & facta, reliquamque vitam, inculcat Wiſſenbachius: ubi damnat judicium Athenienſium in Puero, cujus culpæ capacitatem ex oblatione crepundiarum, & aureæ laminæ, quam è Dianæ corona delapſam ipſe ſuſtulerat, probabant, & hinc ſacrilegii reum agebant, referente Æliano. *d. l.* *d. l.* *ad L. 111. de R. I.* *5. Hiſt. 6.*

XXXV. Singulare eſt, quod Jure Lubecenſi in levioribus facinoribus, pueri infra duodecim annos Judiciali cognitioni eximuntur. Sane in Jure Civili caſus *in L. 17. pr. D. de Excuſ. tut.* ut & in *c. continebatur. & c. Atteſtationes. X. de Deſponſ. impub.* relati, ſunt ferè extra terminos hujus diſtinctionis Puerorum, & deinde ſpeciales, exemplumque continentes, non deciſionem generalem. *Jus Lub. lib. 4. art. 3. ib. Mevius.* *Menoch. d. caſ. 57. n. 27.*

CAPUT V.

De Pubertate, ſeu Adoleſcentia.

I. Quæ eſt Pubertas.
II. Qui in illa homines.
III. Partes Pubertatis & Ætas prætextata.
IV. Ætas Virilis togæ.
V. Plena pubertas.
VI. Ætas Perfecta Conſtantini.
VII. Ætas barbæ ponendæ.
VIII. Attributa Adoleſcentiæ.
IX. & X. Hujus ætatis auxilia.
XI. & XII. Quouſque Adoleſcentia æſtimetur ex variorum Populorum inſtitutis.
XIII. Terminus Adoleſcentiæ ex Iure Rom.
XIV. An & quid Lege Lato-

riâ circa iſtum terminum definitum ſit.

XV. & XVI. Ejus legitimum tempus, & ratio.

XVII. In Italia ſub Longobardis terminus iſte deſertus: introducto alio, qui hodieq; pleriſque in locis durat.

XVIII. In Imperio Rom. Germanico, it. Regno Galliæ: Hollandia, Iuris Rom. terminus obſervatur.

XIX. Terminus hujus ætatis de Iure Saxon.

XX. An Principes & Status, quorum in terris viget Ius Sax. ex illo Iure etiam majorennes fiant?

XXI. Quid de Iure Bavarico.

I.

UBi jam deſiit Pueritia, ſuccedit Pubertas, ætas minorennium ultima, ab exitu pueritiæ, ad Juventutis ſeu Majorennitatis initia, per Adoleſcentiæ annos ſe extendens, adeoque intra XXV. annos, *a* ſeu intra propriè legitimam ætatem conſiſtens. Dicitur & *adulta ætas, b* item laxiùs *legitima c* & *perfecta. d Ambigua* etiam *ætas* dicebatur pubeſcendi tempus in Gymnicis, cujus Gellius *e* mentionem facit, & latiùs explicat P. Faber. *f*

II. Incipit ergo iſta ætas de Jure communi in Feminis poſt XII. in Maſculis poſt XIV. ætatis annum finitum, ut ſupra explicavimus: quo tempore illæ quidem peculiari nomine *Viripotentes*; *g* Hi generali nomine *Puberes*, & Tertulliano ſæpè *Veſticipes* vocantur. Item *Adoleſcentes* paſſim, & *in ſpecie Minores.* nam generaliter Minorennitas comprehendit ſimul omnem retrò ætatem, quomodo accipitur *in tit. de Minorib.* & de qua Quintilianus Mandoſius peculiarem conſcripſit tractatum.

III. Hic ſtatim Cenſorinus *h tres adoleſcentulorum gradus eſſe factos in Græcia* meminit, *priusquam ad viros perveniatur, eò quòd vocaverint annorum quatuordecim παῖδα: μελλέφηβον autem quindecim; deinde ſedecim, ἔφηβον; tum ſeptendecim, ἐξέφηβον.* Quæ univerſæ partes Romanis fuerunt *anni prætextæ*, ut Plinius *i* vocat, ſeu *ætas prætextata*, ut Ulpianus, *k* in quâ Prætextati, à præ-

a *L. 32. §. 2. de Teſtam. tut.*
b *L. 15. C. de Excuſ. tut.*
c *L. 2. C. Si mater indemn. promiſ.*
d *§ 6. I. de Atil. tut.*
e *N. A. XV, 20.*
f *Agoniſt. 3, 3.*
g *L. 51. de Leg. 3. Pr. I. quib. mod. tut. fin. Pr. I. de Curat.*
h *c. 14.*
i *XXXIII, 1.*
k *L. 3. §. fin. de Liber. exhib.*

prætexta veſte, quam inter pueriles refert Ulpianus, *a* & qua induebantur hâc ætate adoleſcentuli à XIV. anno, ad ſeptimum decimum, ut vult Aſcon. Pædianus. *b* Tractum id forte, quoad terminum, ex Servii Tullii Regis inſtituto, quo minores annis ſeptendecim inter pueros referebantur, militiæ expertes. Militiæ ritum deinceps imitabatur forum, à quo ſe ante iſtam ætatem abſtinebant Romani adoleſcentes. quo pertinet, quod Prætor *c Minorem annis decem & ſeptem, qui eos non in totum complevit, prohibet poſtulare.*

IV. Poſt impletum ſeptimum decimum annum regulariter prætexta ponebant, *togamq; virilem* ſeu *puram d* induti in forum deducebantur, tyrocinium forenſis eloquentiæ auſpicaturi. quam ætatem *moderatam exiſtimat* Ulpianus, *e ad procedendum in publicū.* Variè huic tempori derogatum in Principali domo, ubi dignitas aliquos anticipaſſe annos videtur. Auguſtus *f* quadriennio poſt XII. annum virilem togam ſumſit. Sed Neroni *g* vix puberi eadem *maturata*: idem ſedecim annos natus pro Ilienſibus publicè poſtulat. *h* Et *impuberi adhuc Britannico, quando ſtatura permitteret, deſtinatur toga* à Claudio. *i* Marc. Antoninus *k* ſumſit illam quinto decimo anno. Sed de legitimo tempore ſumtæ togæ Lipſius *l* non vult hærere quempiam; quamvis male pubertatis tempus, cum die tyrocinii confundere videatur. *Dies ipſe virilis togæ*, quo in viros tranſcribebantur, Illuſtrioribus ſolennes omnino fuerunt. Unde Auguſtus *m* peculiariter ejus rei cauſa Conſulatum petiit, quo filios, ampliſſimo præditus magiſtratu, ſuo quemque tyrocinio deduceret in forum. Et Nero *n* deductus in forum Tyro, populo congiarium, militi donativum propoſuit.

V. Sequitur hanc alia pars, quæ poſt decimum & octavum annum *plenam pubertatem* efficit, quam Paulus *o* JCtus, & hunc ſecutus Theophilus, *p* exinde dictam volunt, quod plerique eo tempore pubeſcant, & in tardioribus etiam habitus corporis concurrat. Aliter & graviùs iſti ætati *corporum firmam affectionem & ingenium* tribuit Mæcenas in Oratione ad Auguſtum apud DionemCaſſium *q*. Locum hæc ætas olim ſibi fecit in *r* teſtamentis Spado-

a *L. 23. §. puerilem. de Auro leg.*
b *3. in Verr.* Vid. Macrob. *Somn. Scip.* 1, 6. Pancirol. *theſaur. Var. lect.* 1, 15.
c *L. 1. §. 3. de Poſtul.*
d Plin. *VIII*, 48.
e *d. L. 1. §. 3. de Poſtul.*
f Suet. *Aug.* 8.
g Tac. 12, 14, 1.
h Tac. 12. 58, 1.
i Sueton. *Claud.* 43.
k Capitolini
l *ad Tac.* 12, 41, 1.
m Suet *Aug.* *XXVI.*
n *idem Ner. VI. Conf.* Gell *XVIII*, 4. Aut. de Oratorib. c. 34.
o *3. Sent.* 4. *§.* 2.
p *ad §. Minorem. de Adopt.*
q *lib.* 52.
r Paulus *d. l.*

§. 4. I. de Adopt. L. 40. §. 1. D. eod. Spadonum; & adhuc nomen retinet in adoptionibus, ut adoptans tot annis præcedat adoptandum. Ceterum optimo judicio Bachovii, malè huc transferunt paſſim Dd. caſum *in L. Mela. §. 1. D. de Alim. leg.* expreſſum, cui juſtum, ut arbitramur, locum *Cap. prac.* ſuprà jam aſſignavimus. Hæc ætas, quod obiter adiicimus, venuſtate ſuâ, ſi omnia adſint, ſe commendat, ex eo, quod medium quid ſit inter teneritatem puerilem, & matureſcentem juventu- *Epiſt. 21.* tem. Unde Ovidiana Sappho ad Phaonem ſuum:

O nec adhuc juvenis, nec jam Puer: utilis ætas.

Epiſt. 12. & Seneca, *Pueritiæ*, inquit, *maximus in exitu decor eſt.*

V I. Dehinc alia pars anni vigeſimi in Maribus, ſed in *L. un. C. Th. de his qui ven.* Feminis octavi decimi, efformabat *Perfectam* illam *ætatem* Conſtantino Imp. dictam, & indulgentiæ capacem. Sed quæ illi appelletur plena perfectaque adoleſcentia, & quæ robiſtiſſima Juventus, quibus mediam inſerit ſuam hanc ætatem, certè divinari non poteſt. *L. 2. §. de his qui Ven. æt. L. fin. d. t.* Inde & nomen inutile, in repetitione Juſtiniani, ſilentio abolitum: imò etiam contrariâ conſtitutione aliò rejectum eſt.

VII. Aliam obſervavimus in lectionibus Romanæ hiſtoriæ adoleſcentiæ partem, quæ *barbæ ponendæ* ætas erat. *Poſt ter* *Somn. Scip. I, 6.* *ſeptenos annos genas flore veſtit Iuventa*, inquit Macrobius; quaſi eo tempore raſuræ matura ſtatuatur barba. Barba ſemper inter inſignia & habitum Philoſophorum numerata. Quo reſpexiſſe videntur Impp. *in L. 8. C. de Profeſſ. & Medic.* Nobilioribus Ro- *III, 4.* manis mos fuit, ætate mediâ, barbam raſitare: quod Gellius de præteritis jam ſibi ſeculis notat, & ad imagines veterum provocat. Statam autem ætatem ponendæ barbæ, vix eſt, ut comprobemus monumentis. Videtur tamen definitum annum reſpexiſſe Amita Neronis vetula, cum lanuginem ejus contrectans per blanditias dicebat *ſimul hanc excepero, mori volo.* Cæſar Octa- *Suet. Ner. XXXIV. lib. 48.* vius Auguſtus ſub Conſulatu L. Marcii, & C. Sabini barbam primùm raſit, teſte Dione, & ſplendidè diem iſtum feſtumque egit; quod in ætatis ejus annum XXV. computat Lipſius. Nero, *Dio l. 61. in fin. Suet Ner. 12.* ut idem Lipſius, anno XXI. poſuit, & inſtitutis ad eum actum ludis Juvenalibus, conditamque in aurea pixide Capitulino Jovi con-

conſecravit. Singulare autem eſt, quòd Cajus Caligula XX. ætatis anno, tògam ſumſit eodem die, & barbam poſuit. Ceterùm Hadrianum ex Imperatoribus primum barbam nutriviſſe notat Xiphilinus * in excerptis ex Dione, & ex Nummis probatur. Suet. *Calig.* 10. * *lib.* 69.

VIII. Pubere hâc ætate homines *in ſuam tutelam venire, a animi judicium b habere*, atque *ſtabilitatem c* dicuntur, & *ſapientium jura pertractare poſſe. d.* Sed plerique tamen Juventâ faciles, & infirmo per adoleſcentiæ lubricum conſilio deprehenduntur, tam ad virtutem apti, quàm proni & cerei flecti in vitium: licentioſi, luxuriæque potiſſimum obnoxii. Neque verò non ſæpè contingit, ut popularem exinde auram mereantur. Ita de Druſo, *in Vrbe inter cœtus & ſermones hominum obverſante*, Tacitus: *e Neque luxus in Iuvene adeò diſplicebat. huc potiùs intenderet, diem editionibus, noctem conviviis traheret, quàm ſolus, & nullis voluptatibus avocatus, mœſtam vigilantiam & malas curas exerceret.* Iſta ſanè in Druſo non poterant non habere plurimum grati, cùm hoc ipſo *ſecreta Patris* Tiberii *mitigabat*, qui nulli facilis viſu, timendus omnibus erat ob artificium latendi. Sed & in genere ætas hæc genio ſuo multa vindicat: & *dandum aliquid ætati: ſit adoleſcentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur, non ſemper ſuperet vera & directa illa ratio, vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem.* Idque vel ex neceſſitate ſeculi. *nam ſi forte quem inveneris, qui aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non ſapore capiatur, excludat auribus omnem ſuavitatem; huic homini Cicero fortaſſis & pauci deos propitios, plerique autem iratos putaverint.* Sed ita agitur hæc fabula. *quia Ottho pueritiam incuriosè, adoleſcentiam petulanter egerat, gratus Neroni eſt, æmulatione luxûs.* Inde communia ferè ſunt ætatis perfugia: quæ eò tamen magis tolerantur, quo commiſſa adoleſcentiæ alieniora ſunt à ſceleribus & flagitiis, & quo præſtantioribus poſteà virtutibus maturè ſedatæ juveniles cupiditates obteguntur. Equidem difficile fuerit tenero Adoleſcenti, & quamvis amplectenti oblatam ſpeciem, diſtinguere virtutis viam, ab eâ, quæ voluptatis blandimentis perpolita ad vitium ducit. Herculi, ſed Jovis ſatu edito, vix inde eluctari licuit.

Vid. Lipſ. ad Tac. l. 14. n. 34.
a L. 51. de Leg. 3.
b arg. §. 1. quib. non eſt perm. fac. teſt.
c §. fin. quo & quib. ex cauſ. manum.
d L. fin. Cod. de Teſt. milit.
e *A.* 3, 37. 3.
Cic. *Orat. pro M. Cœlio.*
Cic. *d. l.*
Tac. *H.* 1, 13, 4.

cnit. Interim quod felicitas, quod aliis fortè denegat naturæ bonitas, rectitudine diſciplinæ ſuppleri poteſt. Sic ſua non denegantur ætati, ubi ſpectata adoleſcentiam regit moderatio. *Veſpaſianus lætam voluptatibus adoleſcentiam egit*, ſed *ſuo quàm patris imperio modeſtior.* Aliàs enim, quod ait Virtus Xenophontio Herculi, unicè voluptatibus dediti *ob ea quæ peragunt, gravati, ob ea, quæ peregerunt pudore affecti ſunt. & quæ jucunda in juventute percurrerunt, reſervantur moleſta in Senectute.* Satius ergò illud audire, quod Piſoni jam provectiori Galba: *ea vita tua, in qua nihil præteritum excuſandum habeas.* Namque ſeriùs forte agnoſcitur, *naturâ infirmitatis humanæ tardiora eſſe remedia, quàm mala.*

Tac. *H.* 2, 2, 2. Xenoph. *Memorab.* 2. Tac. *H.* 1, 15, 4. Idem *Agric.* 3, 1.

IX. Interim ut communiter conſuleretur ætati, *vacationem*, quam eleganter Cicero vocat, *adoleſcentiæ* ad ſtatos annos jura indulſerunt, quibus, ſi quà conſilii infirmitate, vel adverſis captionibus læſi fuerint, cavetur, ne Adoleſcenti ætatis vitium, aut compendia aliena noceant.

Orat. pro M. Cælio. c. 30. *L.* 1. *pr.* & *paſſim D.* & *C. de Minor.*

X. Et cum ad hanc usque ætatem intellectus perfectus, & exacta conſultatio, ab homine exigi non poſſit, cujus rationem inquirit & reddit Philoſophus: imperfectum autem ad id referatur, à quo perficitur; ſequitur naturale eſſe huic ætati, ut opinione magis, ductuq; Seniorum regatur, eo usque donec propriâ ac tantâ prudentiâ polleat, quanta regendis affectibus actionibusque ſit neceſſaria. Nam & ſi quid Juvenilibus actis irrepat, quod ſapiat ſenilem aliquam prudentiam, pro proprio hujus ætatis non habetur. Sic ubi Piſoni Druſus ſeveri aliquid cum calliditate mixta reſponderet, *non dubitabantur ei præſcripta à Tiberio, cum incallidus alioqui, & facilis juventâ, ſenilibus tum artibus uteretur.*

6. de Morib. 9. Ariſt. 1. *Pol. fin. ib.* Feld. *in Analyſ.* Tac. *A.* 3, 8, 4.

XI. Quousque autem, & quibus modis Juvenili imprudentiæ ſuccurratur, id totum *Legiſlatoriæ prudentiæ*, utpote *perfectæ*, æſtimare convenit, quo tempore perfectos, & proprii conſilii capaces arbitretur Cives ſuos. Hujus rei miram in diverſis Rebuspubl. reperiri licet varietatem, diſtinctosq; Populorum circa talia mores. Quibusdam enim, ſpretâ annorum obſervatione, vires facinore aliquo comprobatæ, indubitatum devictæ imbellis

Ariſt. 1. *Pol. fin.*

bellis ætatis ſignum habentur. Quam in rem Gothicâ adhuc feritate reſcribit Theodoricus Italiæ Rex hunc in modum: *Juvenes noſtri, qui ad exercitium probantur idonei, indignum eſt, ut ad vitam ſuam diſponendam dicantur infirmi: & putentur domum ſuam non regere, qui creduntur bella poſſe tractare. Gothis ætatem legitimam virtus facit. Et qui valet hoſtem confodere, ab omni ſe jam debet vitio vindicare.* Nimirum his populis, rudioribus iſtis ſeculis, ſatis erat generoſiſſima, & rapinis violentiæque nata animalia imitari, omnemque vitam bellis & graſſationibus deſcribere. Id in laudato reſcripto etiam egit Theodoricus, mutuatâ comparatione ab naturâ Aquilarum, quas libertati ſuæ tunc relinquant parentes, ubi propriâ captione ſatiare ſe potis ſint. Similem in ſenſum jam antè de Germanis dixerat Tacitus, qui poſtquam tradiderat, non diſtingui educationis deliciis dominum & ſervum, ſubjicit mox; donec ætas ſeparet Ingenuos, virtus agnoſcat. Vult ergò, ætate infirmiori ingenuos ſervuloſque juxta æſtimari, perfectâ demùm ſeparari ætate, quâ virtute & bellico facinore agnoſci meruerint. Ejus veteris Gothici moris reliquias fortè adhuc reperias hodièque in Sueciæ Regno, ubi ſine diſcrimine annorum hæc ætas Judicis arbitrio, ex probato Adoleſcentis intellectu & prudentia definitur, teſte Loccenio.

Caſſiodor. l. Variar. 38. — *Germ. 20, 5.* — *Diſſert. ad Ius Suec. 4. qu. 7.*

XII. Aliis tamen Gentibus, quibus præter bellicam fortitudinem, etiam civiles artes ſunt cultæ, virtutem annis valeſcere, & exinde virilem conſtantiam metiri certum fuit. Hebræi cum pubertate, de qua ſupra dictum, ſimul majorennitatem & contrahendi habilitatem induebant. Perſæ olim anno demùm vigeſimo ſexto vel ſeptimo in viros ſurrogabantur, quod habet Xenophon: hucusque enim intra cancellos adoleſcentiæ detinebantur. Ulterius ferè extendebant Lacones ex inſtituto Lycurgi, qui trigeſimo demum ætatis anno juvenes ſuis exſolvebant legibus.

Cyrop. 1. — *Ubb. Emmius de Rep. Lacon. p. 91.*

XIII. Romana jura ætatem hanc puberem vel minorem, in utroque ſexu (neque imbecillem & naturâ conſiliis infirmum ſexum citiùs Legum tuitione eripere conveniebat) finiunt anno XXVto plenè elapſo: incertum tamen quibus auſpiciis, cujusvè ævi benignitate.

Pr. I. de Curat.

XIV. Conſtantinus quidem Imp. tempus iſtud videtur appellare *annos Lætoriæ legis.* unde divinare licet, Lege Lætoriâ, ſeu Lectoriâ, adoleſcentum ætatem taliter definitam fuiſſe. In quo, qui ita ſentiunt, non mediocriter confirmantur illuſtri ad hanc rem Ciceronis loco, qui ſic habet: *dolus malus etiam Legibus erat vindicatus, ut tutela XII. tabulis, & circumſcriptio Adoleſcentum lege Lætoriâ.* Cui ſuccurrit fragmentum ex Suetonii lib. 4. Prætor. apud Priſcianum: *Lætoria, quæ vetat minorem annis XXV. ſtipulari.* Et ea fortè eſt, quam *quinam vicenariam legem* dicit, & nominis faciendi ſibi obſtare queritur Calidorus apud Plautum. Atque hinc patet, quid ſentiendum de loco Capitolini, in quo plurimi variè laborarunt, & varia Lætoriæ Legis capita ſunt commenti. Verba Capitolini ita legi imus, & unico verbo explicamus: *De Curatoribus verò,* inquit, *quum antè non niſi ex L. Lectoria* (ſpecialiter quoad Stipulationes ſanorum,) *vel* (intellige ex LL. XII. tabb.) *propter laſciviam, vel propter dementiam* ~~*darentur, ita ſtatuit, ut omnes Adulti Curatores acciperent, non redditis cauſis.*~~ Itaque licet minores XXV. annis mente laborarent, aut ſuâ profunderent, id noviter conſtituit M. Antoninus Imp. ut *tanquam adoleſcentibus, & quaſi ætatis eſſet impedimentum*, quæratur talibus & conſtituatur Curator: uti clariſſimè id explicat Ulpianus. *a* Aliter autem vulgo Dd.

XV. Ex tali Legis definitione, dicitur *hoc tempus* etiam *Legitimum, b* i. e. Lege vel aliâ juris Civilis parte conſtitutum. *c* Quod Prætoria quoque æquitas agnovit, indeque reſtitutionis beneficium intra hos annos ætati accommodavit. *d*

XVI. Rationem iſtius temporis reddit Ulpianus, *e* quod *poſt hoc tempus compleri virilem vigorem conſtet.* De quo certent, uti certant, Medici.

XVII. Deſciverant à Romani Juris conſtitutione & ratione in Regno Italiæ Longobardi, quâ de re exſtat inter conſtitutiones, quas Legibus Longobardicis adjunxit Luitprandus Rex, talis: *f Hoc perſpeximus, ut intra decem & octo annos non ſit legitimus homo res ſuas ad alienandum.* Et mox: *g Et in XIX. anno ſit homini Longobardo legitima ætas, & quandocunque fecerit vel judica-*

L. 2. C. Th. de donat.

3. Off. 61.

lib. 8.

Pſeudol. in M. Anton. Philoſ. c. 10. in fin.

vid. Iacob. Gothofr. de Tab. LL. XII. tabb. V.

a L. 3. §. 1. juncto pr. de Tutel. vid. Vinn. ad §. 2. de Curat. n. 1.

b in L. 19. de Minor.

c arg. L. 6. de Pact. L. 2. §. fin. Und. legit.

d L. 1. D. de Minor. Briſſon. ſelect. antiq. l. 3. c. 2.

e d. L. 1. §. 1. de Minor. ibi Br.

f tit. XV. §. 1.

g §. 3.

dicaverit de rebus ſuis, ſtabili ordine debet permanere. Ea obſervatio ad hodiernum diem manſit plurimis Italiæ locis, quod de Regno Siciliæ & Neapolitano teſtatur Matth. de Afflictis: * De Florentiæ Ducatu, & Rebuspubl. Mediolanenſi, Luca, Papia &c. ex adductis Autoribus Mevius * ad Jus Lubecenſe, Horatius Carpanus * ad Statuta Mediolanenſia, & alii,

XVIII. In Imperio Romano-Germanico noſtro univerſim, cum reliquo Jure Juſtinianeo recepta quoque eſt ætatis minorennis ejusdem definitio, de quo paſſim teſtantur, qui Auguſtorum Judiciorum momenta obſervarunt plurimi. Idem de jure communi Galliarum, & Hollandiæ poſt alios refert Simon van Leeuwen. de aliis], alii.

XIX. Aliter tamen receptum eſſe in diverſis Germaniæ Provinciis, ignotum eſſe poteſt. Jure ſanè Saxonico, tertio Septenario hæc ætas ſe terminat, & Puberes ſeu Adoleſcentes die Mündige/die zu ihren Jahren und Tagen gekommen/ minorennitatem exuunt anno uno & vigeſimo completo. Quod ipſum, an ex Caroli M. conſtitutionibus ſit (quibus falsò omne, quod nunc ſupereſt Juris Saxonici, tribuit gl. in Specul. l. 3. t. 82.) meritò dubitamus; freti autoritate Cl. Conringii, * & quòd inter illas Saxonum Leges, quas edidit Baſilius Johannes Heroldus, quæ Caroli M. eſſe non dubitantur, horum nihil deprehenderimus. Interim in eo ſumus certi, Saxonibus id juris jam fuiſſe antè multo, quàm in univerſo Germanorum Imperio Romanæ Leges introducerentur. Atque hinc eo maturiùs omninò ſapere Saxonum Statutis illigatos neceſſe eſt, vel à poſteriori, quo citiùs Legum auxilio ſe nudatos cernunt. Unde, quod Colerus, *a* & poſt illum Carpzovius, *b* cauſæ fallaciâ ludunt, adeò falsè à Schützio *c* & Limnæo *d* perſtringi vix merebantur. Ridendus autem eâ parte eſt Bodinus, *e* qui ſeriò exinde Gallici ingenii præſtantiam aſſerere affectat, quòd quorundam locorum Nobiles ſeu tacito, ſeu expreſſo privilegio id obtinuerint, ut anno XX. vel XXI. majores fiant.

XX. Num autem Principes quoque & alii Imp. Status, qui JusSaxonicum in terris ſuis vigere permittunt & receperunt, æq; ex

Marginal notes: * *Cõſt. Regn. l. 2. rubr. 38. n. 14.* * *l. 1. t. 7. art. 6. n. 5.* * *cap. 452.* *Cenſur. for. l. 1. c. 8. n. 3.* *gl. in Landr. art. 23. art. 42. l. 1. Landrecht. Carpz. p. 2. c. 11. d. 9.* * *de Orig. Iur. Germ. c. 13.* Conring. *d. tr. c. 32.* a *Deciſ. 190 n. 4.* b *d. l. n. 2.* c *V. 1. D. 7. th 16. B.* d *T. 4. ad lib. 3. c. 7. n. 38.* e *de Republ. l. 5. c. 1.* f *vid. Tiraq. de nobil. c. 20. n. 41.*

eo Jure minorennitatis imperfectionem deponant: vel annon potiùs Cæſareo & Imperiali, communi aut ſingulari jure ſtent, quæſtionis eſt, quam movet, & ad priorem inclinat Synold. Schütz in Collegio Juris Publici. Nos uti vix probamus illius ſententiam; ita à deciſione ejus rei modeſtè nos abſtinemus.

d. V. 1. D. 7. th 16. B. in fin.

XXI. Bavarico ſtatutario jure idem, quod Saxonico, obſervari tradit, ex Joh. Franciſc. Balthaſare, * Simon van Leeuwen. * In antiquis tamen Bojoariorum Legibus, quas dictus Heroldus exhibet, nullum ejus rei veſtigium eſt.

* *reſol. Iur. Civ. & Bavar. t. 5. reſ. 5. n. 26.*
* *Cenſur. for. d. l.*

CAPUT VI.

De Juventute & Senectute.

I. Iuventus quæ. & quis Iuvenis.
II. Iuvenum aliena appellatio.
III. Alia vocabula Iuvenum, eorumque proprietas.
IV. Quodnam initium Iuventutis.
V. An Feminis, ubi illæ perpetuò ſub Curatoribus agunt, hæc ætas utilis?
VI. Cur Feminæ Regales ſine Curatore validè res gerant.
VII. Quomodo terminetur Iuventus.
VIII. Initium Senectutis.
IX. In quibusdam cauſis Senectus definita eſt.
X. Quæ Senectus dicenda.
XI. & XII. Senũ diverſa ratio.
XIII. Quomodo Senex pro valetudinario habendus.
XIV. Senum virtus eſt Auctoritas & Prudentia.
XV. Senes præſumuntur prudentes.
XVI. Senes repueraſcentes. & unde.
XVII. Id non in Senio, ſed Senii vitio eſt.
XVIII. Senex in extrema ſenecta præſumitur ſanæ mentis.
XIX. Niſi ex actibus aliud probetur.
XX. Terminus ultimus Senectutis.

XXI. Mo-

XXI. *Momentum mortis an ad vitam an ad mortem ſpectet.*
XXII. *Senii finis à Iure non præſcribitur.*
XXIII. *Notantur barbari mores, quibus Senes ante fata amovebantur.*
XXIV. *De Depontaneis Senibus Romanis.*

I.

IN termino Adoleſcentiæ, completur *Legitima*, *a* per excellentiam, & abſolutè *perfecta b & robuſta ætas*; atque adeò aperitur Juventus, inter infirma adoleſcentiæ, & Senectutis vacationes conſiſtens. Unde *Iuvenem* Marcellus *c* exiſtimat eum, *qui adoleſcentiæ exceſſit ætatem, quoad incipiat inter Seniores numerari.*

II. Juvenum aliàs appellatio latius patet, & omni retrò ætati applicatur. quo ſenſu Senioribus oppoſiti etiam Impuberes Juvenes erunt. Atque hâc ratione quibusdam viſum eſt, homines ex ætate tantùm dividere in *Iuniores* & *Seniores*, ſed paſſu ſanè ampliore & grallatorio, hominique civili indigno, & inutili. Adulti non uno loco in Jure *d* Juvenes dicuntur. Ad Circos verò & theatra, nefandasque Ephebias pertinent, qui olim *ſe vulgò Iuvenes appellabant*; de quibus Calliſtratus *in L. 28. §. 3. D. de Pæn.* quos explicat Juſtus Lipſius *e* in Epiſtola quadam ad Jacobum Cujacium.

III. Noſtri verò à juvando, quod voluit Varro, *f* dicti, eò *quòd Rempubl. juvare poßint.* Unde non tantum ſuis rebus adminiſtrandis ſufficientes, *g* ſed & alienis gerendis idonei habentur: ac ſimpliciter in jure *Majores*, *h* & *majoris ætatis*, *i* item *ſuæ ætatis*, *k* ac *ad ſuum l* & *legitimum m* ſtatum *n* perveniſſe dicuntur.

IV. Initium capit hæc ætas, ex fine præcedentis ætatis, ſecundùm cujusque Civitatis leges. Romano Jure, quod non tantum in Imperio noſtro, ſed & in aliis Regnis *commune* eſſe evin-

a *L. 2. C §. Th. de Donat. L. 20. §. 1. de Liber. leg. L. 27 d. Neg. geſt.*
b L. *fin. C. de his qui Ven. æt.* L. 15. *§. 6. D. de Adult.*
c *L. 69. in f. de Leg. 3.*
d *Vid. 27. §. 1. de Minorib. L. 26. de R. C.* L. 24. *§. f. de Appell.*
e 1. *Epiſt. quaſt.* 1. *Cõf.* 2. *Macab.* 4. 12. P. Faber *Agoniſt* 3, 28.
f Cenſorin. *c.* 14.
g L. *fin C. de Legit. tut. §.* 13. *de Excuſ. tut.*
h L. 3. §. *fin. de Minor.* L. 22. *C. de Tranſact.*
i L. 23. *de Minorit.*
k L. 27. *de N. G.* vid. tamen L. 50. *§. f de Leg.* 3.
l L. 77. *§.* 14 *de Leg.* 2.
m L. 5. *C. quand. dies leg. ced.*
n *Vid. L.* 50. *§. 4. de Leg.* 3.

de Vſu & author. Iur. Civ. Rom. evincit Arthurus Duck[!], Juvenis iſtam ætatem ingreditur poſt annum à nativitate quintum & viceſimum * integrè confectum. Idem in utroque Sexu tempus. Neque enim præ maſculâ, prudentiam femineam Jura citiùs potuerunt abſolvere, quam Natura omni ætate conſtituit infirmam.

* *arg. Pr. l. de Curat.* Ariſtot. 1. *Pol. c. 5.*

V. Et quamvis in locis, ubi Feminæ jam majorennes nihil tamen ſine Curatore efficaciter gerere poſſunt, (quod præter Germaniæ Provincias, in Italia, Gallia, Hiſpania, Scotia, aliiſque Europæis terris receptum eſſe teſtatur Wibelius Libro, *de Contractib. mulierum*) hæc ætas illis inutilis eſſe videatur, cùm ex gr. in foro Saxonico mulier ſine Curatore Minori comparetur; tamen Curatoris illa autoritas non ad ætatis, ſed ſaltem ad *ſexûs infirmitatis* ſupplementum pertinet: unde etiam omnia cum Curatore, non tanquam minorennes, ſed tanquam majores gerunt, nec in alienationibus immobilium decreti Judicialis indigent, nec læſæ, ut minorennes, reſtituuntur.

c. 1. n. 36. ſeqq. Carpz. *p. 2. c. 15 d. 33. n.* 10. *arg.* Fragm. Vlp. *tit.* 11. §. 1. Carpz. *d. l. & p. 3. c.* 23. *d.* 31.

VI. Minus tamen rectè examinare rem videntur, qui, dum diſputant, an Feminæ Illuſtres & Regales, ut Reginæ, Principes, Comites &c. ſine Curatoris auctoritate efficaciter obligentur? deciſionis fundamentum ponunt in munere, quod gerunt, virili, quo adeò ſexum exuere videantur. Sed ſatiùs erat, Sexum ipſis relinquere, cujus nullas pœnitere poteſt, & *obligatione Statuti*, ſeu *proprii*, ſeu *alieni non-ſuperioris*, non tam illas eximere, quàm nunquam ligandas dicere. Aut enim Maritæ ſunt ejuſmodi Feminæ, atque ſic jure Mariti æſtimari debent, aliudque, quoad obligationes, fundamentum quærendum; aut vi propriâ gerunt poteſtatem, atque ſic non ſuo, non paris jure, ſed eo tantùm, quod ſe ſuperius eſt, tenentur & judicantur. quo etiam collimat Wibelius in tr. de Contractibus mulierum. De iis autem, quæ Juri, quod Feminas Curatoribus ſubeſſe jubet, ſubſunt, rectè ſe habent ea, quæ decidit Carpzovius.

Carpz. *d. c.* 15. *def.* 9. *arg.* L. 31. *de* LL. *c. 4. n. 9. part. 2. Deciſ.* 142.

VII. An autem Marcellus, Juvenem reputans, *quoad incipiat inter Seniores numerari*, ſatisfecerit definiendæ huic ætati, videndum: Et ſatisfeciſſe cenſemus. neque enim JCtus aliena à Legum conſtitutione reſpondere potuit. Et noluerunt Leges hîc

num

generaliter quid definire, cùm id vix admittat tum negociorum varietas, quâ quædam præter animum, etiam corporis vigorem requirunt, quibusdam verò ſola exſiccati & tremuli Senecionis prudentia ſufficit; tum etiam temperamentorum & conſtitutionum in Individuis diſcrepantia, aliaque. Stet ergò ætatem hanc à *robuſtiſſima*, ut inquit Conſtantinus Imp. *Iuventute*, per *conſiſtentem*, quam Medici vocant, aut *conſtantem ætatem*, ut Cicero, ſeu *Statum* Ariſtotelicum, eousque excurrere, donec ad ſenectutis imminutiones attigiſſe cenſeatur arbitratu Judicis, per regulam ſuperius traditam.

VIII. Et cùm hanc ætatem, in computatione Civili, immediatè ſequatur Senectus, prout numeraverat olim Servius Tullius Rex, *a* & deinde Ulpianus, *b* & Marcellus *c* JCti: conſtat ex proximè dictis, eadem initia Senectutis eſſe, quæ ſunt Juventutis terminalia: ſc. generaliter indefinita, & illius prudentiæ relicta, ad cujus notionem id pertinet, qui ex defecti corporis aſpectu, & cauſarum pondere *d* exiſtimabit, eum inter Seniores numerandum eſſe, qui Juventutis jam firmitatem exuit. *e* idque communiter placuit, teſtante Gailio. *f*.

IX. Hoc tamen rectè cum Menochio limitamus, *g* ſicubi ex preſſâ lege Senium quoad certas cauſas definitum ſit. Quâ ratione in Jure contingit, ut eodem tempore, ætate quis & Senex, & non Senex habeatur, *h* variantibus negociis. Atque ita Servii Tulli Regis *i* definitio Senis, ad militiæ tantùm vacationem reſtringenda eſt. Et quod Xenophon *k* de Perſis ſcribit, ipſis pro Sene habitum fuiſſe, qui quinquageſimum ætatis exceſſerat annum: id mox ipſe explicatius determinat ad neceſſitatem militandi extra patriam, & econtrà tali Seni officium conſultandi de publico, & jus dicendi adſcribit. Sic & quod Gailius *l* obſervationem Cameræ Imp. refert, *quinquagenarium pro Sene haberi*, non extendendum eſt extra cauſam teſtimonii in perpetuam rei memoriam dicendi.

X. In genere autem Civilis conſideratio in Sene ad corporis viriumque præcipuè decrementum & infirmitatem, tandem & ad animi deflectit. dependet tamen ex naturali notitia, quæ Senectutem

Vid. Ariſt. 7. *Pol.* 9.

in L. un. C. Th. de his qui Ven. æt. Cic. *Cat. maj.* 33. *Ariſt. de reſpir. c.* 18.

a Gell. *X*, 28.
b L. 8. *§.* 10. *de Tranſact.*
c L. 69. *in fin de Leg.* 3.
d *Vid. L.* 5. *pr. D. de jur. immunit.*
e *arg. d. L.* 69 *in fin. de Leg.* 3. Alciat. *ad L.* 104. *de V. S. n.* 6.
f 1. *Obſ.* 92. *n.* 7 *ibi* Fabritius.
g *de A. I. Q. l.* 2. *caſ.* 59. *n.* 3.
h Zachias, *l.* 2. *tit.* 1. *qu.* 9. *n.* 37.
i Gell. *X*, 28.
k 1. *Cyrop.* 2.
l *d. Obſ.* 92. *n.* 7.

ctutem vult illam eſſe ætatem, *quâ animal manifeſtè deminuitur.* a Inde ratio Civilis deducit, talem hanc eſſe ætatem, quâ homo propter corporis præcipuè imbecillitatem, ex annis contractam, reſpectum circa ea meretur, quæ ſine corporis viribus ſuſtineri nequeunt: *b* aut etiam interdum propter repueraſcentem mentis defectum, puerorum jure gaudet. *c*

XI. Etenim quibusdam, quamvis non adeò multis, contingit tamen iſta felicitas, ut in extrema Senectâ integro & firmo corpore Senectutem ne quidem ſentiant, & quod de divino Moyſe *d* exſtat, ut oculus non caliget, nec vacillet pes, aut dens: aut quibus obvenit, qualis Maroniano *e*

cruda deo, viridisque Senectus.

quomodo apud Xenophontem *f* Cyrus, cum admodũ Senex eſſet, negabat, ſe unquam ſenſiſſe, Senectutem ſuam imbecilliorem factam, quàm fuiſſet adoleſcentia: & Leontinus Gorgias, g cùm ultra ſeculum vitam vixiſſet, ampliùs tamen vivere deſideravit, quod nihil haberet, cur accuſaret ſenectutem. Talium pauca celebrantur. Pluribus tamen *hebeſcunt h ſenſus, membra torpent, præmoriturque viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta. i* Neque tamen id eodem modo & tempore patiuntur omnes. Alios infirmo damnat natura Senio, cui lex quaſi eſt, *ne ſint in Senectute vires. k* aliis conciliat mala Senectæ caſus: in non paucis *libidinoſa & intemperans adoleſcentia, effœtum corpus tradit ſenectuti. l* Interim tempore graveſcit onus ſenectutis, ac primam inter & extremam, ut naturale ſpatium, ita & vergens ad noviſſima condicio deprehenditur.

XII. Inde Senes, quos hæc ætas vel honorat, vel deprimit, gradibus diſtingui vel maximè neceſſe eſt. Horum tres refert ex Galeno Cujacius, *a* & fruſtra definit poſt alios Menochius. *b* Varro apud Cenſorinum *c* in *Seniores* dividit, quos ad annum ſexageſimum æſtimat, & abinde ad finem vitæ *Senes* in ſpecie. Cicero *d* illos videtur appellare *provectæ ætatis*, hos *grandes natu*. quorum ſenſum imitatus Calliſtratus, *e* dum diſtinguit inter Seniores & grandes natu. Seneca *f* illorum diceret *ætatem devexam*

a Zach. *d. l. qu.* 9. *n.* 5. & 8.
b Cic. *Cat. maj.* 34. *Vid. L.* 2 *§.* 7. *D. de Vacat. num.*
c *arg. L.* 12. *§.* 3. *de Uſufr.* L. 122 *pr. de Leg.* 1.
d *Deut.* 34. 7.
e *Æneid.* 6.
f *Cyropæd.* 8, 5.
g Cicer. *Caton. maj* 13.
h Plin. *Vil*, 50.
i *Vid* 2 *Sam.* 19, 35.
k Cicer. *Cat. maj.* 34.
l Cic. *d. l.* 29.

a *ad* L. 2. *de Excuſ.*
b *d. caſ.* 59. *n.* 1.
Sennert. *Inſtit. Medic. l.* 4. *pr. c.* 1. *Vid* Zacchias *d. qu.* 9. *n.* 23. *ſeqq.*
c *c.* 14. d *Cat. maj* 10. e L. 11. *de Decurion.* f *Epiſt.* 12.

xam, horum *præcipitem*. Contra Tacitus *f* Senes priores, poſt hos *exactæ ætatis* terminos ponit, quibus *defectæ ætatis* hominem ſiſtit Ulpianus; *g* Plautus *h Acheruntium Senem* & *Decrepitum*, cujus ætatem numerant ab anno LXX. *i* quod communi Dd. opinione receptum eſſe ferunt. *k* Imprimis autem Tacitus *l* ita obſervat in Auguſto *validam* adhuc *ætatem*, quâ ſeque & domum & pacem ſuſtentavit, & *ſenectutem provectam, quâ & ægro corpore fatigabatur*, ſeu, ut Bœclerus *m* iſta enarrat, *ubi ad ultimam & feſſam ſenectutem ventum eſt, & jam valetudo in deterius lapſa, animum & corpus infirmavit.* agebat autem Auguſtus tum fortè ſextum ſupra ſeptuageſimum annum. *n* Quâ ipſa ætate *corpus ſenio laborat*, ut ex Varrone iterum Cenſorinus *o* ait, &, ſtudioſâ Virgilii *p* conjunctione

ſubeunt morbi, triſtiſque Senectus:

in quæ acutâ animadverſione Seneca *q* iſtam Senectutem *inſanabilem* vocat *morbum*, & Ariſtoteles *r* alicubi *naturalem*.

XIII. Eam ob cauſam Juris Doctores infirmis & valetudinariis Senes, quoad juris effectus, æquiparant, &, præeunte Panormitano Abbate, *s* regulam formant: quòd *ſtatutum loquens de infirmis, locum quoque habeat in ſenibus.* Sæpiùs enim con jungi *Senes* & *valetudinarios, t* quaſi æqualitate Sortis; &, æquè ut valetudinarii, periculo propinquæ mortis ſubeſſe dicuntur. *u* Quod tamen reſtrictum voluit expreſsè ad ſeptuagenarios Alciatus, *x* ut in tali præſumatur infirmitas; cùm vix dubium ſit, quin talis pro Sene ſit habendus. *y* Cui tamen præſumtioni parum ponderis tribuit Menochius, *z* niſi prudens collatio fiat negocii cum viribus Senis.

XIV. Habet ergo hæc ætas ſua incommoda, quæ quanta nunc perſpeximus, corpus potiſſimum, & organa ſenſûs affligunt. Sunt tamen potiora, quæ inter tremulas membrorum infirmitates tanto clariùs reſplendent, quanto apparent marcido in corpore exſiliores ſenes. *Auctoritas eſt*, & *prudentia Senum*, quæ tam ipſis eſt propria, quàm *temeritas adoleſcentiæ* * Iſtis viribus ſe reddit illa ætas non tantum venerabilem, ſed & invictam, & inter

f *Agric.* 3, 5.
g L. 12. § 3. *de Uſufr.*
h *Mercat. A.* 2. *Sc.* 2.
i *gl. in proœm. lib.* 6.
k Theodor. *Coll. crim. D.* 10. *th.* 4. *E.*
l *A.* 1, 4, *& ſeq.*
m *ad d. loc. Tacit.*
n Suet. *Auguſt. c.* 100.
o *d. c.* 14.
p *Georg.* 3.
q *Epiſt.* 108.
r 5. *de Gener. anim.* 4.
s *in c. magna X. de Voto.*
t *c.* 5 *X. ut lite non conteſt.* L. 3. C. *qui teſt. fac. poſſ.*
u L. 5. *de Donat. mort. cauſ.*
x *de Præſ. reg.* 1. *præſ. uit n.* 4.
y Carpz. *Pr. crim. qu.* 144. *n.* 14.
z *caſ* 60. *n.* 10. *& lib* 6. *præſ.* 46. *n.* 22.
* Cic. *Cat. maj.* 20.

Conf. Plutarch. an Seni ſit gerend. Reſp. *Senec. Epiſt. 12.* Plato 1. *de Repub. pr.*

inter triſtes rugas voluptate fruitur, vel ex immunitate Juvenilium concupiſcentiarum jucundiſſimâ, de quibus amplius agit Cicero in Catone majore.

* *l. 6. præſ. 47.* * *de Primo gen. præſ. n. 89. ſeqq.* * *n. 153.* * *de Probat. concl. 1302.*

XV. Imprimis iſtum juris effectum exinde percipiunt *Senes* univerſim, ut *prudentiores, vitâque integriores & ſapientiores regulariter præſumantur*: quod deducit in ſuo de Præſumtionibus opere Menochius;* & præcipuè operoſus in eo eſt Tiraquellus,* qui tamen, quòd poſt varias diſputationes ſubjicit,* & ex eo quoque notat & probat Maſcardus,* *contrarium probari non poſſe, niſi per quindecim teſtes*, inſigniter fallere & falli videtur. Neque enim *L. 7. C. de Prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* ipſi ad hoc laudata, quicquam de Senibus aut gradu ætatis exprimit; ſed in officiorum ordinibus poſteriores tempore, prioribus vetat præferri: niſi *quindecim primatum* teſtimonio dignior ingenio & ſtudiis quis habeatur. Poteſt autem prior ille in dignitate, poſterior ætate quoque eſſe illi, à quo nunc etiam meritis vincendus eſt.

d. l. n. 210.

Et aliàs ipſe Tiraquellus tantæ præſumtioni derogat lubens, ubi juvenem eruditiorem, rudiori Seni præferendum eſſe nullus dubitat.

Vid. Sennerr. Inſt. Med. l. 2. c. 4. in fin.

XVI. Denique quamvis Prudentia, & reliquæ animi vires, in ſe ſpectatæ, deficere non poſſint; mortalibus tamen incluſæ corporibus obvelantur, aut deteguntur, prout mutationibus naturalibus illa ſunt obnoxia. Cum enim nativus calor, conſumto ferè humidi radicalis nutrimento, ipſummet ſe inde reddat debiliorem, evenit, ut, non naturali quidem temperie, ſed aſſumtis forinſecùs, & ejusmodi in frigidum corpuſculum receptis rebus, quibus excoquendis pauciſſimæ caloris reliquiæ impares ſunt, naturaliter ſicca membra torpenti extraneo humore inundentur. quâ ratione ipſa mentis efficacia, æquè ut in pueris & infantibus, quaſi ſuffocatur, & intellectus obruitur. Atque hinc fit, ut ad puerilem ſimplicitatem & inſcitiam relabantur admodùm Senes. Sic namque Lyſimachus apud Plautum, Demiphoni Senecioni inſano obtendit:

Mercator.

Senex cum extemplò eſt, jam nec ſentit, nec ſapit:
Ajunt ſolere eum rurſum repueraſcere.

Unde

Unde & græcum proverbium: *Senes bis pueri.* Quod univerſaliter naturæ imputat Plato, qui *decreſcentia*, inquit, *corpora in puelli naturam redeunt, atque in his tam anima, quàm corpora habitum ſubeunt puerorum, demùm tabeſcentia deficiunt & intereunt.* quamvis ipſi Platoni felicior obtigerit ſors, ut qui valens & ſcribens, uno & octuageſimo anno exſpiraverit.

Libr. de Regno.

Cic. Cat. maj. 13.

XVII. Illud tamen accidens eſt, nec per ſe, uti jam dictum, ineſt Senectuti. Nam quod Cæcilius, *Comicos ſtultos ſenes* appellaverat, id Cicero ita excuſat: *Vitia non eſſe Senectutis, ſed inertis & ignave, ſomniculoſæ (morboſæ) Senectutis. ut petulantia, ut libido, magis eſt adoleſcentum, quàm Senum; nec tamen omnium adoleſcentum, ſed non proborum: ſic iſta ſenilis ſtultitia (quæ deliratio appellari ſolet) Senum levium eſt, non omnium.* Hinc Diocletianus & Maximianus AA. & CC. ſapientiſſimè diſtinguunt inter *Senium quod ſinceritatem mentis tenet*, & quod non tenet. & iterum inter *Senectutem ſolam*, ſc. in ſe & ſimpliciter conſideratam, & (ut certa conſequentia ad hoc manu dicit) inter eam, quæ accidenti aliquo corrupta eſt.

d. l. 36.

L. 3. *C. qui teſt. fac. poſſ. L.* 16. *C. de donat.*

XVIII. Cum ergò naturæ Senum vel maximè conveniat, intellectu mentis acutiſſimo pollere: hinc in dubio, in ultima etiam Senecta præſumitur quis ſanæ mentis, ut habet poſt adductos Brunnemann; donec ex certis & probabilibus cauſis contrarium eluceſcat, * & mentis compotem negans, ſufficienter illud probet; * ita tamen, ut atteſtationibus pro ſana mente Senis, licet paucioribus, cedant contrariæ etiam plures, ut volunt Menochius * & Maſcardus. *

ad d. L. 3. *C. qui teſtam. fac. poſſ.*
* *L.* 2. *§.* 7. *D. de vacat. muner.*

XIX. Ubi verò ad puerilem ſenſum reductum eſſe Senem conſtat, dum ſc. occipit pueriliter & ſine intellectu agere, tum ſanè ex actibus ſuis judicatur, atque eorum meritò æſtimatur jure, quorum factis ſe comparat. *

* *arg. L.* 5. *C de Codicill.*
* *lib.* 6. *præſ.* 45 *n.* 19 *ſeqq.*
* *de Prob. concl.* 1050. *n.* 26.

XX. Sed hîc quodnam dimenſum ſtatuamus, quo finiatur ætas? Extrema ſanè eſt; hinc in initiis ſuccedentis, quæ nulla ipſi eſt, finem hujus ponere non licet. *Omnium ætatum*, inquit Cicero, * *certus terminus eſt: ſenectutis autem nullus.* ita ſc. cùm in mor-

* *arg d. L.* 3. *C. qui teſt. fac. poſſ* & *d. L.* 16. *C. de donat.*

Conf. Tiraqu. *de pœn. temper Cauſ.* 8. *n.* 3. *ſeqq.* * *Cat. maj.* 72.

§. 4. l. de Adopt. L. 40. §. 1. D. eod. Spadonum; & adhuc nomen retinet in adoptionibus, ut adoptans tot annis præcedat adoptandum. Ceterum optimo judicio Bachovii, malè huc transferunt paſſim Dd. caſum *in L. Mela. §. 1. D. de Alim. leg.* expreſſum, cui juſtum, ut arbitramur, locum ſuprà jam aſſignavimus. *Cap. præc.* Hæc ætas, quod obiter adiicimus, venuſtate ſuâ, ſi omnia adſint, ſe commendat, ex eo, quod medium quid ſit inter teneritatem puerilem, & matureſcentem juventutem. *Epiſt. 21.* Unde Ovidiana Sappho ad Phaonem ſuum:

O nec adhuc juvenis, nec jam Puer: utilis ætas.

Epiſt. 12. & Seneca, *Pueritiæ*, inquit, *maximus in exitu decor eſt.*

VI. Dehinc alia pars anni vigeſimi in Maribus, ſed in Feminis octavi decimi, efformabat *Perfectam* illam *ætatem* Conſtantino Imp. dictam, & indulgentiæ capacem. *L. un. C. Th. de his qui ven.* Sed quæ illi appelletur plena perfectaque adoleſcentia, & quæ robiſtiſſima Juventus, quibus mediam inſerit ſuam hanc ætatem, certè divinari non poteſt. *L. 2. C. de his qui ven. æt. L. fin. d. t.* Inde & nomen inutile, in repetitione Juſtiniani, ſilentio abolitum: imò etiam contrariâ conſtitutione aliò rejectum eſt.

VII. Aliam obſervavimus in lectionibus Romanæ hiſtoriæ adoleſcentiæ partem, quæ *barbæ ponendæ* ætas erat. *Poſt ter ſeptenos annos genas flore veſtit Iuventa*, inquit Macrobius; *Somn. Scip. I, 6.* quaſi eo tempore raſuræ matura ſtatuatur barba. Barba ſemper inter inſignia & habitum Philoſophorum numerata. Quo reſpexiſſe videntur Impp. *in L. 8. C. de Profeſſ. & Medic.* Nobilioribus Romanis mos fuit, ætate mediâ, barbam raſitare: *III, 4.* quod Gellius de præteritis jam ſibi ſeculis notat, & ad imagines veterum provocat. Statam autem ætatem ponendæ barbæ, vix eſt, ut comprobemus monumentis. Videtur tamen definitum annum reſpexiſſe Amita Neronis vetula, cum lanuginem ejus contrectans per blanditias dicebat *ſimul hanc excepero, mori volo.* *Suet. Ner. XXXIV.* Cæſar Octavius Auguſtus ſub Conſulatu L. Marcii, & C. Sabini barbam primùm raſit, teſte Dione, *lib. 48.* & ſplendidè diem iſtum feſtumque egit; quod in ætatis ejus annum XXV. computat Lipſius. Nero, *Dio l. 61. in fin. Suet Ner. 12.* ut idem Lipſius, anno XXI. poſuit, & inſtitutis ad eum actum ludis Juvenalibus, conditamque in aurea pixide Capitulino Jovi con-

conſecravit. Singulare autem eſt, quòd Cajus Caligula XX. æ-
tatis anno, tògam ſumſit eodem die, & barbam poſuit. Ceterùm Suet. *Calig.*
Hadrianum ex Imperatoribus primum barbam nutriviſſe notat *10.*
Xiphilinus * in excerptis ex Dione, & ex Nummis probatur. * *lib. 69.*

VIII. Pubere hâc ætate homines *in ſuam tutelam venire, a* *Vid. Lipſ. ad*
animi judicium b habere, atque *ſtabilitatem c* dicuntur, & *ſapien-* *Tac. l. 14. n.*
tium jura pertractare poſſe. d. Sed plerique tamen Juventâ faci- *34.*
les, & infirmo per adoleſcentiæ lubricum conſilio deprehendun- a L. *51. de*
tur, tam ad virtutem apti, quàm proni & cerei flecti in vitium: *Leg. 3.*
licentioſi, luxuriæque potiſſimum obnoxii. Neque verò non b *arg. §. 1.*
ſæpè contingit, ut popularem exinde auram mereantur. Ita de *quib. non eſt*
Druſo, *in Vrbe inter cætus & ſermones hominum obverſante*, Taci- *perm. fac.*
tus: *e Neque luxus in Iuvene adeò diſplicebat. huc potiùs intenderet,* *teſt.*
diem editionibus, noctem conviviis traheret, quàm ſolus, & nullis c *§. fin. quò*
voluptatibus avocatus, mæſtam vigilantiam & malas curas exerce- *& quib. ex*
ret. Iſta ſanè in Druſo non poterant non habere plurimum gra- *cauſ. ma-*
ti, cùm hoc ipſo *ſecreta Patris* Tiberii *mitigabat*, qui nulli facilis *num.*
viſu, timendus omnibus erat ob artificium latendi. Sed & in d *L. fin. Cod.*
genere ætas hæc genio ſuo multa vindicat: & *dandum aliquid* *de Teſt. mi-*
ætati: ſit adoleſcentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur, *lit.*
non ſemper ſuperet vera & directa illa ratio, vincat aliquando cu- e *A. 3, 37. 3.*
piditas voluptasque rationem. Idque vel ex neceſſitate ſeculi. *nam* Cic. *Orat.*
ſi forte quem inveneris, qui aſpernetur oculis pulchritudinem re- *pro M. Cælio.*
rum, non odore ullo, non tactu, non ſapore capiatur, excludat au-
ribus omnem ſuavitatem; huic homini Cicero fortaſſis & pauci deos Cic. *d. l.*
propitios, plerique autem iratos putaverint. Sed ita agitur hæc
fabula. *quia Ottho pueritiam incurioſè, adoleſcentiam petulanter* Tac. *H. 1, 13,*
egerat, gratus Neroni eſt, æmulatione luxûs. Inde communia fe- *4.*
rè ſunt ætatis perfugia: quæ eò tamen magis tolerantur, quo
commiſſa adoleſcentiæ alieniora ſunt à ſceleribus & flagitiis, &
quo præſtantioribus poſteà virtutibus maturè ſedatæ juveniles
cupiditates obteguntur. Equidem difficile fuerit tenero Adole-
ſcenti, & quamvis amplectenti oblatam ſpeciem, diſtinguere vir-
tutis viam, ab eâ, quæ voluptatis blandimentis perpolita ad vi-
tium ducit. Herculi, ſed Jovis ſatu edito, vix inde eluctari li-

H cuit.

cuit. Interim quod felicitas, quod aliis fortè denegat naturæ bonitas, rectitudine diſciplinæ ſuppleri poteſt. Sic ſua non denegantur ætati, ubi ſpectata adoleſcentiam regit moderatio. *Veſpaſianus lætam voluptatibus adoleſcentiam egit*, ſed *ſuo quàm patris imperio modeſtior.* Aliàs enim, quod ait Virtus Xenophontio Herculi, unicè voluptatibus dediti *ob ea quæ peragunt, gravati, ob ea, quæ peregerunt pudore affecti ſunt. & quæ jucunda in juventute percurrerunt, reſervantur moleſta in Senectute.* Satius ergò illud audire, quod Piſoni jam provectiori Galba: *ea vita tua, in qua nihil præteritum excuſandum habeas.* Namque ſeriùs forte agnoſcitur, *naturâ infirmitatis humanæ tardiora eſſe remedia, quàm mala.*

Tac. *H.* 2, 2, 2. Xenoph. *Memorab.* 2. Tac. *H.* 1, 15, 4. Idem *Agric.* 3, 1.

I X. Interim ut communiter conſuleretur ætati, *vacationem*, quam eleganter Cicero vocat, *adoleſcentiæ* ad ſtatos annos jura indulſerunt, quibus, ſi quà conſilii infirmitate, vel adverſis captionibus læſi fuerint, cavetur, ne Adoleſcenti ætatis vitium, aut compendia aliena noceant.

Orat. pro M. Cælio. c. 30. *L.* 1. *pr.* & *paſſim D.* & *C. de Minor.*

X. Et cum ad hanc usque ætatem intellectus perfectus, & exacta conſultatio, ab homine exigi non poſſit, cujus rationem inquirit & reddit Philoſophus: imperfectum autem ad id referatur, à quo perficitur; ſequitur naturale eſſe huic ætati, ut opinione magis, ductuq; Seniorum regatur, eo usque donec propriâ ac tantâ prudentiâ polleat, quanta regendis affectibus actionibusque ſit neceſſaria. Nam & ſi quid Juvenilibus actis irrepat, quod ſapiat ſenilem aliquam prudentiam, pro proprio hujus ætatis non habetur. Sic ubi Piſoni Druſus ſeveri aliquid cum calliditate mixta reſponderet, *non dubitabantur ei præſcripta à Tiberio, cum incallidus alioqui, & facilis juventâ, ſenilibus tum artibus uteretur.*

6. *de Morib.* 9. Ariſt. 1. *Pol. fin. ib.* Feld. *in Analyſ.* Tac. *A.* 3, 8, 4.

X I. Quousque autem, & quibus modis Juvenili imprudentiæ ſuccurratur, id totum *Legiſlatoriæ prudentiæ*, utpote *perfectæ*, æſtimare convenit, quo tempore perfectos, & proprii conſilii capaces arbitretur Cives ſuos. Hujus rei miram in diverſis Rebuspubl. reperiri licet varietatem, diſtinctosq; Populorum circa talia mores. Quibusdam enim, ſpretâ annorum obſervatione, vires facinore aliquo comprobatæ, indubitatum devictæ imbellis

Ariſt. 1. *Pol. fin.*

bellis ætatis ſignum habentur. Quam in rem Gothicâ adhuc feritate reſcribit Theodoricus Italiæ Rex hunc in modum: *Juvenes noſtri, qui ad exercitium probantur idonei, indignum eſt, ut ad vitam ſuam diſponendam dicantur infirmi: & putentur domum ſuam non regere, qui creduntur bella poſſe tractare. Gothis ætatem legitimam virtus facit. Et qui valet hoſtem confodere, ab omni ſe jam debet vitio vindicare.* Nimirum his populis, rudioribus iſtis ſeculis, ſatis erat generoſiſſima, & rapinis violentiæque nata animalia imitari, omnemque vitam bellis & graſſationibus deſcribere. Id in laudato reſcripto etiam egit Theodoricus, mutuatâ comparatione ab naturâ Aquilarum, quas libertati ſuæ tunc relinquant parentes, ubi propriâ captione ſatiare ſe potis ſint. Similem in ſenſum jam antè de Germanis dixerat Tacitus, qui poſtquam tradiderat, non diſtingui educationis deliciis dominum & ſervum, ſubjicit mox; donec ætas ſeparet Ingenuos, virtus agnoſcat. Vult ergò, ætate infirmiori ingenuos ſervuloſque juxta æſtimari, perfectâ demùm ſeparari ætate, quâ virtute & bellico facinore agnoſci meruerint. Ejus veteris Gothici moris reliquias fortè adhuc reperias hodièque in Sueciæ Regno, ubi ſine diſcrimine annorum hæc ætas Judicis arbitrio, ex probato Adoleſcentis intellectu & prudentia definitur, teſte Loccenio.

Caſſiodor. l. Variar. 38. *Germ. 20. 3.* *Diſſert. ad Ius Suec. 4. qu. 7.*

XII. Aliis tamen Gentibus, quibus præter bellicam fortitudinem, etiam civiles artes ſunt cultæ, virtutem annis valeſcere, & exinde virilem conſtantiam metiri certum fuit. Hebræi cum pubertate, de qua ſupra dictum, ſimul majorennitatem & contrahendi habilitatem induebant. Perſæ olim anno demùm vigeſimo ſexto vel ſeptimo in viros ſurrogabantur, quod habet Xenophon: hucuſque enim intra cancellos adoleſcentiæ detinebantur. Ulterius ferè extendebant Lacones ex inſtituto Lycurgi, qui trigeſimo demum ætatis anno juvenes ſuis exſolvebant legibus.

Cyrop. 1. *Ubb. Emmius de Rep. Lacon. p. 91.*

XIII. Romana jura ætatem hanc puberem vel minorem, in utroque ſexu (neque imbecillem & naturâ conſiliis infirmum ſexum citiùs Legum tuitione eripere conveniebat) finiunt anno XXVto plenè elapſo: incertum tamen quibus auſpiciis, cujuſvè ævi benignitate.

Pr. I. de Curat.

L. 2. C.Th. de donat. XIV. Conſtantinus quidem Imp. tempus iſtud videtur appellare *annos Lætoriæ legis.* unde divinare licet, Lege Lætoriâ, ſeu Lectoriâ, adoleſcentum ætatem taliter definitam fuiſſe. In quo, qui ita ſentiunt, non mediocriter confirmantur illuſtri ad *3. Off. 61.* hanc rem Ciceronis loco, qui ſic habet: *dolus malus etiam Legibus erat vindicatus, ut tutela XII. tabulis, & circumſcriptio Adoleſcentum lege Lætoriâ.* Cui ſuccurrit fragmentum ex Suetonii lib.4. *lib.8.* Prætor. apud Priſcianum: *Lætoria, quæ vetat minorem annis XXV. ſtipulari.* Et ea fortè eſt, quam *quinam vicenariam legem* dicit, & *Pſeudol.* nominis faciendi ſibi obſtare queritur Calidorus apud Plautum. *in M. Anton. Philoſ. c. 10. in fin.* Atque hinc patet, quid ſentiendum de loco Capitolini, in quo plurimi variè laborarunt, & varia Lætoriæ Legis capita ſunt commenti. Verba Capitolini ita legi imus, & unico verbo explica- *vid. Iacob. Gothofr. de Tab. LL. XII. tabb. V.* mus: *De Curatoribus verò,* inquit, *quum antè non niſi ex L. Lectoria* (ſpecialiter quoad Stipulationes ſanorum,) *vel* (intellige ex LL. XII. tabb.) *propter laſciviam, vel propter dementiam darentur, ita ſtatuit, ut omnes Adulti Curatores acciperent, non redditis cauſis.* Itaque licet minores XXV. annis mente laborarent, aut ſuâ profunderent, id noviter conſtituit M. Antoninus Imp. ut *tanquam adoleſcentibus, & quaſi ætatis eſſet impedimentum*, quæratur tali- *a L. 3. §. 1. juncto pr. de Tutel.* bus & conſtituatur Curator: uti clariſſimè id explicat Ulpianus. *a* Aliter autem vulgo Dd.

vid. Vinn. ad §. 2. de Curat. n. 1. XV. Ex tali Legis definitione, dicitur *hoc tempus* etiam *Legitimum, b* i. e. Lege vel aliâ juris Civilis parte conſtitutum. *b in L. 19. de Minor.* *c* Quod Prætoria quoque æquitas agnovit, indeque reſtitutionis beneficium intra hos annos ætati accommodavit. *d*

c arg. L. 6. de Pact. L. 2. §. fin. Vnd. legit. XVI. Rationem iſtius temporis reddit Ulpianus, *e* quod *poſt hoc tempus compleri virilem vigorem conſtet.* De quo certent, uti certant, Medici.

d L. 1. D. de Minor. Briſſon. ſelect. antiq. l. 3. c. 2. XVII. Deſciverant à Romani Juris conſtitutione & ratione in Regno Italiæ Longobardi, quâ de re exſtat inter conſtitutiones, quas Legibus Longobardicis adjunxit Luitprandus Rex, talis: *f Hoc perſpeximus, ut intra decem & octo annos non ſit* *e d. L. 1. §. 1. de Minor. ibi Br.* *legitimus homo res ſuas ad alienandum.* Et mox: *g Et in XIX. anno ſit homini Longobardo legitima ætas, & quandocunque fecerit vel judica-*

f tit. XV. §. 1.
g §. 3.

dicaverit de rebus ſuis, ſtabili ordine debet permanere. Ea obſervatio ad hodiernum diem manſit plurimis Italiæ locis, quod de Regno Siciliæ & Neapolitano teſtatur Matth. de Afflictis; * De Florentiæ Ducatu, & Rebuspubl. Mediolanenſi, Luca, Papia &c. ex adductis Autoribus Mevius * ad Jus Lubecenſe, Horatius Carpanus * ad Statuta Mediolanenſia, & alii,

XVIII. In Imperio Romano-Germanico noſtro univerſim, cum reliquo Jure Juſtinianeo recepta quoque eſt ætatis minorennis ejusdem definitio, de quo paſſim teſtantur, qui Auguſtorum Judiciorum momenta obſervarunt plurimi. Idem de jure communi Galliarum, & Hollandiæ poſt alios refert Simon van Leeuwen. de aliis], alii.

XIX. Aliter tamen receptum eſſe in diverſis Germaniæ Provinciis, ignotum eſſe non poteſt. Jure ſanè Saxonico, tertio Septenario hæc ætas ſe terminat, & Puberes ſeu Adoleſcentes die Mündige/die zu ihren Jahren und Tagen gekommen/ minorennitatem exuunt anno uno & vigeſimo completo. Quod ipſum, an ex Caroli M. conſtitutionibus ſit (quibus falsò omne, quod nunc supereſt Juris Saxonici, tribuit gl. in Specul. l. 3. t. 82.) meritò dubitamus; freti autoritate Cl. Conringii, * & quòd inter illas Saxonum Leges, quas edidit Baſilius Johannes Heroldus, quæ Caroli M. eſſe non dubitantur, horum nihil deprehenderimus. Interim in eo ſumus certi, Saxonibus id juris jam fuiſſe antè multo, quàm in univerſo Germanorum Imperio Romanæ Leges introducerentur. Atque hinc eo maturiùs omninò ſapere Saxonum Statutis illigatos neceſſe eſt, vel à poſteriori, quo citiùs Legum auxilio ſe nudatos cernunt. Unde, quod Colerus, *a* & poſt illum Carpzovius, *b* cauſæ fallaciâ ludunt, adeò falsè à Schützio *c* & Limnæo *d* perſtringi vix merebantur. Ridendus autem eâ parte eſt Bodinus, *e* qui ſeriò exinde Gallici ingenii præſtantiam aſſerere affectat, quòd quorundam locorum Nobiles ſeu tacito, ſeu expreſſo privilegio id obtinuerint, ut anno XX. vel XXI. majores fiant.

XX. Num autem Principes quoque & alii Imp. Status, qui JusSaxonicum in terris ſuis vigere permittunt & receperunt, æq; ex eo

*Cõſt. Regn. l. 2. rubr. 38. n. 14.
* l. 1. t. 7. art. 6. n. 5.
* cap. 45.
Cenſur. for. l. 1. c. 8. n. 3.
gl. in Landr. art. 23.
art. 42. l. 1. Landrecht.
Carpz. p. 2. c. 11. d. 9.
* de Orig. Iur. Germ. c. 13.
Conring. d. tr. c. 32.
a Deciſ. 19. n. 4.
b d. l. n. 2.
c V. 1. D. 7. th 16. B.
d T. 4. ad lib. 3. c. 7. n. 38.
e de Republ. l. 5. c. 1.
f vid. Tiraq; de nobil. c. 20. n. 41.

eo Jure minorennitatis imperfectionem deponant: vel annon potiùs Cæſareo & Imperiali, communi aut ſingulari jure ſtent, quæſtionis eſt, quam movet, & ad priorem inclinat Synold. Schütz in Collegio Juris Publici. Nos uti vix probamus illius ſententiam; ita à deciſione ejus rei modeſtè nos abſtinemus.

d V. 1. D. 7. th 16. B. in fin.

XXI. Bavarico ſtatutario jure idem, quod Saxonico, obſervari tradit, ex Joh. Franciſc. Balthaſare, * Simon van Leeuwen. * In antiquis tamen Bojoariorum Legibus, quas dictus Heroldus exhibet, nullum ejus rei veſtigium eſt.

** reſol. Iur. Civ. & Bavar. t. 5. reſ. 5. n. 26.*
** Cenſur. for. d. l.*

Caput VI.

De Juventute & Senectute.

I. Iuventus quæ. & quis Iuvenis.
II. Iuvenum aliena appellatio.
III. Alia vocabula Iuvenum, eorumque proprietas.
IV. Quodnam initium Iuventutis.
V. An Feminis, ubi illæ perpetuò ſub Curatoribus agunt, hæc ætas utilis?
VI. Cur Feminæ Regales ſine Curatore validè res gerant.
VII. Quomodo terminetur Iuventus.
VIII. Initium Senectutis.
IX. In quibusdam cauſis Senectus definita eſt.
X. Quæ Senectus dicenda.
XI. & XII. Senū diverſa ratio.
XIII. Quomodo Senex pro valetudinario habendus.
XIV. Senum virtus eſt Auctoritas & Prudentia.
XV. Senes præſumuntur prudentes.
XVI. Senes repueraſcentes. & unde.
XVII. Id non in Senio, ſed Senii vitio eſt.
XVIII. Senex in extrema ſenectà præſumitur ſanæ mentis.
XIX. Niſi ex actibus aliud probetur.
XX. Terminus ultimus Senectutis.

XXI. Mo-

XXI. *Momentum mortis an ad vitam an ad mortem ſpectet.*

XXII. *Senii finis à Iure non præſcribitur.*

XXIII. *Notantur barbari mores, quibus Senes ante fata amovebantur.*

XXIV. *De Depontaneis Senibus Romanis.*

I.

IN termino Adoleſcentiæ, completur *Legitima*, *a* per excellentiam, & abſolutè *perfecta b & robuſta ætas*; atque adeò aperitur Juventus, inter infirma adoleſcentiæ, & Senectutis vacationes conſiſtens. Unde *Iuvenem* Marcellus *c* exiſtimat eum, *qui adoleſcentiæ exceſſit ætatem, quoad incipiat inter Seniores numerari.*

II. Juvenum aliàs appellatio latius patet, & omni retrò ætati applicatur. quo ſenſu Senioribus oppoſiti etiam Impuberes Juvenes erunt. Atque hâc ratione quibusdam viſum eſt, homines ex ætate tantùm dividere in *Iuniores* & *Seniores*, ſed paſſu ſanè ampliore & grallatorio, hominique civili indigno, & inutili. Adulti non uno loco in Jure *d* Juvenes dicuntur. Ad Circos verò & theatra, nefandasque Ephebias pertinent, qui olim *ſe vulgò Iuvenes appellabant*; de quibus Calliſtratus *in L. 28. §. 3. D. de Pæn.* quos explicat Juſtus Lipſius *e* in Epiſtola quadam ad Jacobum Cujacium.

III. Noſtri verò à juvando, quod voluit Varro, *f* dicti, eò *quòd Rempubl. juvare poſſint.* Unde non tantum ſuis rebus adminiſtrandis ſufficientes, *g* ſed & alienis gerendis idonei habentur: ac ſimpliciter in jure *Majores*, *h* & *majoris ætatis*, *i* item *ſuæ ætatis*, *k* ac *ad ſuum l* & *legitimum m* ſtatum *n* perveniſſe dicuntur.

IV. Initium capit hæc ætas, ex fine præcedentis ætatis, ſecundùm cujusque Civitatis leges. Romano Jure, quod non tantum in Imperio noſtro, ſed & in aliis Regnis *commune* eſſe evin-

a *L. 2. C ſi Th. de Donat. L. 20. §. 1. de Liber. leg. L. 27 d. Neg. geſt.*

b L. *fin. C. de his qui ven. æt.* L. 15 *§. 6. D. de Adult.*

c *L. 69. in f. de Leg. 3.*

d *Vid. 27. §. 1. de Minorib. L. 26. de R. C. L. 24. §. f. de Appell*

e 1. *Epiſt. quæſt.* 1. *Cōf. 2. Macab. 4. 12.* P. Faber *Agoniſt 3, 28.*

f Cenſorin. *c. 14.*

g L. *fin C. de Legit tut. §. 13. de Excuſ. tut.*

h L. 3. §. *fin. de Minor.* L. 22. *C. de Tranſact.* i L. 23. *de Minorib.* k L. 27. *de N. G.* vid. tamen L. *50. §. f de Leg. 3.* l L. 77. *§. 14 de Leg. 2.* m L. 5. *C. quand. dies leg. ced.* n *Vid. L. 50. §. 4. de Leg. 3.*

evincit Arthurus Duck, Juvenis iſtam ætatem ingreditur poſt annum à nativitate quintum & viceſimum * integrè confectum. Idem in utroque Sexu tempus. Neque enim præ maſculâ, prudentiam femineam Jura citiùs potuerunt abſolvere, quam Natura omni ætate conſtituit infirmam.

de Vſu & author. Iur. Civ. Rom.
* *arg. Pr. l. de Curat.*
Ariſtot. 1. *Pol. c. 5.*

V. Et quàmvis in locis, ubi Feminæ jam majorennes nihil tamen ſine Curatore efficaciter gerere poſſunt, (quod præter Germaniæ Provincias, in Italia, Gallia, Hiſpania, Scotia, aliiſque Europæis terris receptum eſſe teſtatur Wibelius Libro, *de Contractib. mulierum*) hæc ætas illis inutilis eſſe videatur, cùm ex gr. in foro Saxonico mulier ſine Curatore Minori comparetur; tamen Curatoris illa autoritas non ad ætatis, ſed ſaltem ad *ſexûs infirmitatis* ſupplementum pertinet: unde etiam omnia cum Curatore, non tanquam minorennes, ſed tanquam majores gerunt, nec in alienationibus immobilium decreti Judicialis indigent, nec læſæ, ut minorennes, reſtituuntur.

p. 1. n. 36. ſeqq.
Carpz. *p. 2. c. 15 d. 33. n.* 10.
arg. Fragm. Vlp. *tit.* 11. §. 1.
Carpz. *d. l. & p. 3. c.* 23. *d.* 31.

VI. Minus tamen rectè examinare rem videntur, qui, dum diſputant, an Feminæ Illuſtres & Regales, ut Reginæ, Principes, Comites &c. ſine Curatoris auctoritate efficaciter obligentur? deciſionis fundamentum ponunt in munere, quod gerunt, virili, quo adeò ſexum exuere videantur. Sed ſatiùs erat, Sexum ipſis relinquere, cujus nullas pœnitere poteſt, & *obligatione Statuti*, ſeu *proprii*, ſeu *alieni non-ſuperioris*, non tam illas eximere, quàm nunquam ligandas dicere. Aut enim Maritæ ſunt ejuſmodi Feminæ, atque ſic jure Mariti æſtimari debent, aliudque, quoad obligationes, fundamentum quærendum; aut vi propriâ gerunt poteſtatem, atque ſic non ſuo, non paris jure, ſed eo tantùm, quod ſe ſuperius eſt, tenentur & judicantur. quo etiam collimat Wibelius in tr. de Contractibus mulierum. De iis autem, quæ Juri, quod Feminas Curatoribus ſubeſſe jubet, ſubſunt, rectè ſe habent ea, quæ decidit Carpzovius.

Carpz. *d. c.* 15. *def.* 9.
arg. L. 31. *de* LL.
c. 4. n. 9.
part. 2. Deciſ. 142.

VII. An autem Marcellus, Juvenem reputans, *quoad incipiat inter Seniores numerari*, ſatisfecerit definiendæ huic ætati, videndum: Et ſatisfeciſſe cenſemus. neque enim JCtus aliena à Legum conſtitutione reſpondere potuit. Et noluerunt Leges hîc num

generaliter quid definire, cùm id vix admittat tum negociorum varietas, quâ quædam præter animum, etiam corporis vigorem requirunt, quibusdam verò ſola exſiccati & tremuli Senecionis prudentia ſufficit; tum etiam temperamentorum & conſtitutionum in Individuis diſcrepantia, aliaque. Stet ergò ætatem hanc à *robuſtiſſima*, ut inquit Conſtantinus Imp. *Iuventute*, per *conſiſtentem*, quam Medici vocant, aut *conſtantem ætatem*, ut Cicero, ſeu *Statum* Ariſtotelicum, eousque excurrere, donec ad ſenectutis imminutiones attigiſſe cenſeatur arbitratu Judicis, per regulam ſuperius traditam.

Vid. Ariſt. *7. Pol. 9.*
in L. un. C. Th. de his quì Ven. æt. Cic. *Cat. maj. 33.* *Ariſt. de reſpir. c. 18.*

VIII. Et cùm hanc ætatem, in computatione Civili, immediatè ſequatur Senectus, prout numeraverat olim Servius Tullius Rex, *a* & deinde Ulpianus, *b* & Marcellus *c* JCti: conſtat ex proximè dictis, eadem initia Senectutis eſſe, quæ ſunt Juventutis terminalia: ſc. generaliter indefinita, & illius prudentiæ relicta, ad cujus notionem id pertinet, qui ex defecti corporis aſpectu, & cauſarum pondere *d* exiſtimabit, eum inter Seniores numerandum eſſe, qui Juventutis jam firmitatem exuit. *e* idque communiter placuit, teſtante Gailio. *f*.

IX. Hoc tamen rectè cum Menochio limitamus, *g* ſicubi expreſsâ lege Senium quoad certas cauſas definitum ſit. Quâ ratione in Jure contingit, ut eodem tempore, ætate quis & Senex, & non Senex habeatur, *h* variantibus negociis. Atque ita Servii Tulli Regis *i* definitio Senis, ad militiæ tantùm vacationem reſtringenda eſt. Et quod Xenophon *k* de Perſis ſcribit, ipſis pro Sene habitum fuiſſe, qui quinquageſimum ætatis exceſſerat annum: id mox ipſe explicatius determinat ad neceſſitatem militandi extra patriam, & econtrà tali Seni officium conſultandi de publico, & jus dicendi adſcribit. Sic & quod Gailius *l* obſervationem Cameræ Imp. refert, *quinquagenarium pro Sene haberi*, non extendendum eſt extra cauſam teſtimonii in perpetuam rei memoriam dicendi.

X. In genere autem Civilis conſideratio in Sene ad corporis viriumque præcipuè decrementum & infirmitatem, tandem & ad animi deflectit. dependet tamen ex naturali notitia, quæ Senectutem

a Gell. *X*, 28.
b L. 8. *§*. 10. *de Tranſact.*
c L. 69. *in fin de Leg.* 3.
d *Vid. L.* 5. *pr. D. de jur. immunit.*
e *arg. d.* L. 69 *in fin. de Leg.* 3. Alciat. *ad L.* 104. *de V. S. n.* 6.
f 1. *Obſ.* 92. *n.* 7 *ibi* Fabritius.
g *de A. I. Q. l.* 2. *caſ.* 59. *n.* 3.
h Zachias. *l.* 1. *tit.* 1. *qu.* 9. *n.* 37.
i Gell. *X*, 28.
k 1. *Cyrop.* 2.
l *d. Obſ.* 92. *n.* 7.

ctutem vult illam eſſe ætatem, *quâ animal manifeſtè deminuitur.* a Inde ratio Civilis deducit, talem hanc eſſe ætatem, quâ homo propter corporis præcipuè imbecillitatem, ex annis contractam, reſpectum circa ea meretur, quæ ſine corporis viribus ſuſtineri nequeunt: b aut etiam interdum propter repueraſcentem mentis defectum, puerorum jure gaudet. c

XI. Etenim quibusdam, quamvis non adeò multis, contingit tamen iſta felicitas, ut in extrema Senectâ integro & firmo corpore Senectutem ne quidem ſentiant, & quod de divino Moyſe d exſtat, ut oculus non caliget, nec vacillet pes, aut dens: aut quibus obvenit, qualis Maroniano e

cruda deo, viridisque Senectus.

quomodo apud Xenophontem f Cyrus, cum admodũ Senex eſſet, negabat, ſe unquam ſenſiſſe, Senectutem ſuam imbecilliorem factam, quàm fuiſſet adoleſcentia: & Leontinus Gorgias, g cùm ultra ſeculum vitam vixiſſet, ampliùs tamen vivere deſideravit, quod nihil haberet, cur accuſaret ſenectutem. Talium pauca celebrantur. Pluribus tamen *hebeſcunt* h *ſenſus, membra torpent, præmoriturque viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta.* i Neque tamen id eodem modo & tempore patiuntur omnes. Alios infirmo damnat natura Senio, cui lex quaſi eſt, *ne ſint in Senectute vires.* k aliis conciliat mala Senectæ caſus: in non paucis *libidinoſa & intemperans adoleſcentia, effœtum corpus tradit ſenectuti.* l Interim tempore graveſcit onus ſenectutis, ac primam inter & extremam, ut naturale ſpatium, ita & vergens ad noviſſima condicio deprehenditur.

XII. Inde Senes, quos hæc ætas vel honorat, vel deprimit, gradibus diſtingui vel maximè neceſſe eſt. Horum tres refert ex Galeno Cujacius, a & fruſtra definit poſt alios Menochius. b Varro apud Cenſorinum c in *Seniores* dividit, quos ad annum ſexageſimum æſtimat, & abinde ad finem vitæ *Senes* in ſpecie. Cicero d illos videtur appellare *provectæ ætatis,* hos *grandes natu.* quorum ſenſum imitatus Calliſtratus, e dum diſtinguit inter Seniores & grandes natu. Seneca f illorum diceret *ætatem deve-*

xam

a Zach. *d. l. qu.* 9. *n.* 5. *&* 8.
b Cic. *Cat. maj.* 34. *Vid. L.* 2. *§.* 7. *D. de Vacat. num.*
c *arg. L.* 12. *§.* 3. *de Vſufr.* L. 122. *pr. de Leg.* 1.
d *Deut.* 34. 7.
e *Ænead.* 6.
f *Cyropæd.* 8, 5.
g Cicer. *Caton. maj* 13.
h Plin. *V. I,* 50.
i *Vid* 2 *Sam.* 19, 35.
k Cicer. *Cat. maj.* 34.
l Cic. *d. l.* 29.

a *ad* L. 2. *de Excuſ.*
b *d. caſ.* 59. *n.* 1. Sennert. *Inſtit. Medic. l.* 4. *pr. c.* 10. *Vid* Zacchias *d. qu.* 9. *n.* 23. *ſeqq.*
c *c.* 14. d *Cat. maj* 10. e L. 11. *de Decurion.* f *Epiſt.* 12.

xam, horum *præcipitem*. Contra Tacitus *f* Senes priores, poſt hos *exactæ ætatis* terminos ponit, quibus *defectæ ætatis* hominem ſiſtit Ulpianus; *g* Plautus *h* *Acheruntium Senem* & *Decrepitum*, cujus ætatem numerant ab anno LXX. *i* quod communi Dd. opinione receptum eſſe ferunt. *k* Imprimis autem Tacitus *l* ita obſervat in Auguſto *validam* adhuc *ætatem*, quâ ſeque & domum & pacem ſuſtentavit, & *ſenectutem provectam*, *quâ & ægro corpore fatigabatur*, ſeu, ut Bœclerus *m* iſta enarrat, *ubi ad ultimam & feſſam ſenectutem ventum eſt*, *& jam valetudo in deterius lapſa, animum & corpus infirmavit.* agebat autem Auguſtus tum fortè ſextum ſupra ſeptuageſimum annum. *n* Quâ ipſa ætate *corpus ſenio laborat*, ut ex Varrone iterum Cenſorinus *o* ait, &, ſtudioſâ Virgilii *p* conjunctione

ſubeunt morbi, *triſtiſque Senectus:*

in quæ acutâ animadverſione Seneca *q* iſtam Senectutem *inſanabilem* vocat *morbum*, & Ariſtoteles *r* alicubi *naturalem*.

XIII. Eam ob cauſam Juris Doctores infirmis & valetudinariis Senes, quoad juris effectus, æquiparant, &, præeunte Panormitano Abbate, *s* regulam formant: quòd *ſtatutum loquens de infirmis*, *locum quoque habeat in ſenibus*. Sæpiùs enim conjungi *Senes* & *valetudinarios*, *t* quaſi æqualitate Sortis; &, æquè ut valetudinarii, periculo propinquæ mortis ſubeſſe dicuntur. *u* Quod tamen reſtrictum voluit expreſsè ad ſeptuagenarios Alciatus, *x* ut in tali præſumatur infirmitas; cùm vix dubium ſit, quin talis pro Sene ſit habendus. *y* Cui tamen præſumtioni parum ponderis tribuit Menochius, *z* niſi prudens collatio fiat negocii cum viribus Senis.

XIV. Habet ergo hæc ætas ſua incommoda, quæ quanta nunc perſpeximus, corpus potiſſimum, & organa ſenſûs affligunt. Sunt tamen potiora, quæ inter tremulas membrorum infirmitates tanto clariùs reſplendent, quanto apparent marcido in corpore exſiliores ſenes. *Auctoritas eſt*, & *prudentia Senum*, quæ tam ipſis eſt propria, quàm *temeritas adoleſcentiæ* * Iſtis viribus ſe reddit illa ætas non tantum venerabilem, ſed & invictam, &

I 2 inter

f *Agric.* 3. 5.
g L. 12. § 3. *de Vſufr.*
h *Mercat. A.* 2. *Sc.* 2.
i *gl. in proem. lib.* 6.
k Theodor. *Coll. crim. D.* 10. *th.* 4. *E.*
l *A.* 1, 4, 5. *ſeq.*
m *ad d. loc. Tacit.*
n Suet. *Auguſt. c.* 100.
o *d. c.* 14.
p *Georg.* 3.
q *Epiſt.* 108.
r 5. *de Gener. anim.* 4.
s *in c. magna X. de Voto.*
t *c.* 5 *X. ut lite non conteſt.* L. 3. C. *qui teſt. fac. poſſ.*
u L. 5. *de Donat. mort. cauſ.*
x *de Præſ. reg.* 1. *præſ. uit n* 4.
y Carpz. *Pr. crim. qu.* 144. *n.* 14.
z *cuſ* 60. *n.* 10. & *lib* 6. *præſ.* 46. *n.* 22.
* Cic. *Cat. maj.* 20.

Conf. Plutarch. an Seni ſit gerend. Reſp. inter triſtes rugas voluptate fruitur, vel ex immunitate Juvenilium concupiſcentiarum jucundiſſimâ, de quibus amplius agit Cicero in Catone majore.

Senec. Epiſt. 12. Plato 1. *de Repub. pr.* ** l. 6. præſ. 47.* ** de Primogen. præſ. n. 89. ſeqq.* ** n. 153.* ** de Probat. concl. 1302.*

XV. Imprimis iſtum juris effectum exinde percipiunt *Senes* univerſim, ut *prudentiores, vitâque integriores & ſapientiores regulariter præſumantur*: quod deducit in ſuo de Præſumtionibus opere Menochius;* & præcipuè operoſus in eo eſt Tiraquellus, * qui tamen, quòd poſt varias diſputationes ſubjicit, * & ex eo quoque notat & probat Maſcardus, * *contrarium probari non poſſe, niſi per quindecim teſtes*, inſigniter fallere & falli videtur. Neque enim *L. 7. C. de Prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* ipſi ad hoc laudata, quicquam de Senibus aut gradu ætatis exprimit; ſed in officiorum ordinibus poſteriores tempore, prioribus vetat præferri: niſi *quindecim primatum* teſtimonio dignior ingenio & ſtudiis quis habeatur. Poteſt autem prior ille in dignitate, poſterior ætate quoque eſſe illi, à quo nunc etiam meritis vincendus eſt. *d. l. n. 210.* Et aliàs ipſe Tiraquellus tantæ præſumtioni derogat lubens, ubi juvenem eruditiorem, rudiori Seni præferendum eſſe nullus dubitat.

XVI. Denique quamvis Prudentia, & reliquæ animi vires, in ſe ſpectatæ, deficere non poſſint; mortalibus tamen incluſæ corporibus obvelantur, aut deteguntur, prout mutationibus *Vid Sennert. Inſt. Med. l. 1. c. 4. in fin.* naturalibus illa ſunt obnoxia. Cum enim nativus calor, conſumto ferè humidi radicalis nutrimento, ipſummet ſe inde reddat debiliorem, evenit, ut, non naturali quidem temperie, ſed aſſumtis forinſecùs, & ejuſmodi in frigidum corpuſculum receptis rebus, quibus excoquendis pauciſſimæ caloris reliquiæ impares ſunt, naturaliter ſicca membra torpenti extraneo humore inundentur. quâ ratione ipſa mentis efficacia, æquè ut in pueris & infantibus, quaſi ſuffocatur, & intellectus obruitur. Atque hinc fit, ut ad puerilem ſimplicitatem & inſcitiam relabantur admodùm Senes. *Mercator.* Sic namque Lyſimachus apud Plautum, Demiphoni Senecioni inſano obtendit:

Senex cum extemplò eſt, jam nec ſentit, nec ſapit:
Ajunt ſolere eum rurſum repueraſcere.

Unde

Unde & græcum proverbium: *Senes bis pueri.* Quod univerſaliter naturæ imputat Plato, qui *decreſcentia*, inquit, *corpora in puelli naturam redeunt, atque in his tam anima, quàm corpora habitum ſubeunt puerorum, demùm tabeſcentia deficiunt & intereunt.* quamvis ipſi Platoni felicior obtigerit ſors, ut qui valens & ſcribens, uno & octuageſimo anno exſpiraverit.

lib. de Regno. *Cic. Cat. maj* 13.

XVII. Illud tamen accidens eſt, nec per ſe, uti jam dictum, ineſt Senectuti. Nam quod Cæcilius, *Comicos ſtultos ſenes* appellaverat, id Cicero ita excuſat: *Vitia non eſſe Senectutis, ſed inertis & ignave, ſomniculoſæ (morboſa) Senectutis. ut petulantia, ut libido, magis eſt adoleſcentum, quàm Senum; nec tamen omnium adoleſcentum, ſed non proborum: ſic iſta ſenilis ſtultitia (qua deliratio appellari ſolet) Senum levium eſt, non omnium.* Hinc Diocletianus & Maximianus AA. & CC. ſapientiſſimè diſtinguunt inter *Senium quod ſinceritatem mentis tenet*, & quod non tenet. & iterum inter *Senectutem ſolam*, ſc. in ſe & ſimpliciter conſideratam, & (ut certa conſequentia ad hoc manu dicit) inter eam, quæ accidenti aliquo corrupta eſt.

d. l. 36. *L. 3. C. qui teſt. fac. poſſ. L. 16. C. de donat.*

XVIII. Cum ergò naturæ Senum vel maximè conveniat, intellectu mentis acutiſſimo pollere: hinc in dubio, in ultima etiam Senecta præſumitur quis ſanæ mentis, ut habet poſt adductos Brunnemann; donec ex certis & probabilibus cauſis contrarium eluceſcat, * & mentis compotem negans, ſufficienter illud probet; * ita tamen, ut atteſtationibus pro ſana mente Senis, licet paucioribus, cedant contrariæ etiam plures, ut volunt Menochius * & Maſcardus. *

ad d. L. 3. C. qui teſtam. fac. poſſ. * *L. 2. §. 7. D. de vacat. muner.*

XIX. Ubi verò ad puerilem ſenſum reductum eſſe Senem conſtat, dum ſc. occipit pueriliter & ſine intellectu agere, tum ſanè ex actibus ſuis judicatur, atque eorum meritò æſtimatur jure, quorum factis ſe comparat. *

* *arg. L. 5. C de Codicill.* * *lib. 6. præſ. 45 n. 19 ſeqq.* * *de Præb. concl.* 1050. *n.* 26.

XX. Sed hîc quodnam dimenſum ſtatuamus, quo finiatur ætas? Extrema ſanè eſt; hinc in initiis ſuccedentis, quæ nulla ipſi eſt, finem hujus ponere non licet. *Omnium ætatum*, inquit Cicero, * *certus terminus eſt: ſenectutis autem nullus.* ita ſc. cùm in mor-

* *arg d. L. 3. C. qui teſt. fac. poſſ & d. L. 16. C. de donat.*

I 3

Conſ. Tiraqu. *de pœn. temper Cauſ. 8. n. 3. ſeqq.* * *Cat. maj.* 72,

mortem tendat. Mors enim Senectutis terminus eſt; quæ ſicut in reliquis ætatibus violenta & contra naturam; ita Senectuti naturalis eſt. * *vitam enim adoleſcentibus vis auffert, ſenibus maturitas.**

* Ariſt. *de Reſpirat. c.* 17.
* Cicer. *d. l.* 71.

XXI. Si tamen tota ætas hominem qualificat civiliter, videndum obiter, an ultimum ætatis momentum ibi adhuc contingat, ubi qualitas talis exiſtere poteſt, i. e. in vita? Ea diſputatio ad illam recidit, quâ quæritur: *quando moriens moriatur; cum jam in morte eſſet, an tum etiam, cum in vita foret?* quam in ſymposiacis quæſtionibus agitatam refert Gellius. & verbis Tauri Philoſophi, graviſſimos Philoſophorum eâ de re quæſiviſſe dicit. Scrupuloſitatem illam etiam antiqua Jurisprudentia obſervavit, & ſtipulationes atque legata, *cum moriar*, vel *cum morieris* inter utilia retulit ex eo, quòd *vitæ tempus complectantur*, ne quid ſtatueretur contra principium, quo *actio ab herede vel contra heredem incipere non poterat.* Poſtquâm tamen principium illud conſtitutionibus Juſtinani * abolitum eſt, diſputatio illa in jure inutilis nihilominus non eſt. Quoad ætatem hanc quidem in tantum proficit hæc quæſtio, ut illam agere hominem dicamus, dum vita ſupereſt. Cùm autem *nullus moriens, niſi vivens: & morti accedens, vitâ decedens, adhuc tamen in vita ſit*, dicente Auguſtino; * inde ſenectutis terminus, licet à morte ponatur, intra tamen vitam adhuc eſt, quod ipſum ſi cui cum Platone *repentinam naturam* appellare libuerit; per nos ſanè licet. *

VI, 13.
§. 14. de Inutil. ſtipul. L. 18. §. 1. D de Manum. teſtam.
* *L. 11. C. de Contrad. ſtipul. L. un C. Vt act. ab heredib.*
* *de C. D. l.* 13 *c.* 9.
* *vid.* Gell. *d. l.*

XXII. Itaque dum morte terminatur Senectus, patet verè Ciceronem dixiſſe, quòd *nullus ſit ſenectuti terminus* ab humana ſcil. poteſtate præſcriptus. Obſervat illa quidem iſtum terminum, non dicit & præſcribit. Unde liberrimi hâc ratione ſunt Senes, quorum nemo tam ſpei eſt vacuus, *qui ſe annum non putet poſſe vivere.* quod molliùs exprimit Seneca: *nemo tam Senex eſt, ut improbè unum diem ſperet.* Adeoque ætatem ſuam Senex ſine Civili præſcripto agit, donec, fatis vocantibus, peragat *eſt enim Senectus peractio ætatis, tanquàm fabula.*

Cic. *d. l.* 24.
Epiſt. 12.
Cicer. *Cat. maj. in fin.*

XXIII. Unde peſſimo inſtituto immanis barbaries, ſive ex pietatis, ſive ex neceſſitatis prætextu, vitæ Decrepitorum duranti diem

dixit,

dixit, ſi vera ſunt, quæ Autoribus, pleraque fabuloſis, narrantur. Scribuntur enim quidã ad certam metam annorum toleraſſe Senes ſuos, & ſeptuagenario majores mactaſſe, quod de Berbiccis refert Ælianus. *4. Var. Inſt. 1.* Aliis terminus ejusmodi fixus non erat, ſed ubi quis admodum ſenuerat, à liberis & propinquis interimebatur: cùm abſurdum videretur, ſi delirus ſenex rurſus ad puerilem impotentiam relaberetur. Alii vitâ feſſi ſenes, ex publico more epulati, delibutique luxu, præcipites ſe in mare dabant. Quæ ordine juſto ex ſuis Auctoribus annotavit & examinavit Robertus Sharrockius lib. *de Officiis ſecundum Ius natura.* *c. 3. n. 3.* quibus ſingulis tranſcribendis ſuperſedemus.

XXIV. Quid *Depontanei Senes* aqud Romanos ſibi voluerint, dubitare malumus, quàm pietatis * erga Senes ſemper ſtudioſo populo, tantam allinere barbariem, quâ Senes ſexagenarios de ponte in Tiberim, ſacro ritu, deturbatos referunt Feſtus & Nonius.

** Vid. L. 5. pr. de Iur. immun. vid. P. Fabri th. latin. verb. pons. Conf. Marlianus in topograph. Vrb. Rom. l. 7. c. 7. cum addit. Hieron. Ferrut.*

Caput VII.

De Supplemento Ætatis.

I. Varia ætatis ſupplementa.
II. & III. Prudentiæ & malitiæ ſupplementum.
IV. Subeſt interdum hic naturæ ludibrium.
V. Nobilitas an ætatem ſuppleat.
VI. Principalis domus peculiaris ſuppletio.
VII. Nobilitas apud veteres Germanos hoc nomine honorata.
VIII. Interdum ex factis ad nobilitatem generis concluditur.
IX. Ars & ſcientia quatenus ſuppleat ætatem.
X. Quatenus diligentia & induſtria.
XI. An Iuramentum ſuppleat.
XII. An ad id ſufficiant formulæ, bey Fürſtlichen / Gräflichen Ehren.
XIII. An fœcunditas & numerus

merus liberorum ſuppleat ætatem.

XIV. An Matrimonium.

XV. & XVI. An Morbi.

XVII. & XVIII. Supplementum ex benignitate Juris in Infantibus & Infantiæ proximis.

XIX. Supplementum ex Tutorum auctoritate.

XX. An hoc præſtet etiam Tutor honorarius.

XXI. Supplementum ex conſenſu Curatorum Minoris.

XXII. An & quando id præſtet Magiſtratus.

XXIII. Supplementum in caſu neceſſitatis publicæ.

XXIV. An Militia præſtet ſupplementum in teſtamenti factione.

XXV. Supplementum ſingulare ex conceſſione ſummæ poteſtatis.

XXVI. Quotuplex venia ætatis.

XXVII. Venia legis annariæ.

XXVIII. & XXIX. Venia legis Lætoriæ.

XXX. Supplementum privilegiatum odioſum.

I.

SUpplementa ætatis agnoſcit ſingulariter Tempeſtivitas variis ex cauſis, variisque modis applicat. Concedunt enim interdum luxurianti naturæ, Leges; interdum imbecilliori ob utilitatem ſubveniunt: deinde ſuo rigori aliquando ob neceſſitatem, derogant; aliquando verò quid indulgent ſingulariter. Sed nec eadem ubique ſupplementorum ratio eſt: quædam in ſingulis actibus terminantur; quædam finiuntur certis cauſis. nulla omnimodam impletæ tempeſtivitatis vim obtinent.

arg. L. 2. D. de Minorib. L. 1. C. Qui & advers. quos in integr. L. 1. 3. C. Si major fact. alienat. ratihab. L. 2. C. de his qui ven. ætat. Vid. Mev. ad Ius Lubec. l. 1. t. 7. art. 7. n. 18.

II. Conniventia interdum naturæ *cauſam præbet ſupplemento ætatis* in iis, qui naturali ſagacitate alios antecunt, & maturitate ingenii ad rerum gerendarum aptitudinem ante ætatem aſcendunt; ſeu qui *annos ſuos tranſiliunt*, quod de Scipione Seneca, & qui ſuo demonſtrant exemplo, *virtutis eſſe, quàm ætatis curſum celeriorem.*

3. de Benef. 33. Cic. Phil. 5. 48.

III.

III. Hoc ſupplementum in bonis, & ad bonum finem tendentibus, *ſolertia, probitasque mentis a* dicitur, & præmatura *prudentia: b* quam eandem *malitia* quoque nomine, bono ſenſu, interdum venire arbitrantur Dd. *c* Etenim *malitia prudentiam ſe eſſe videri vult.* aut tamen *eam imitari*, ut ait Cicero; *d* fine tamen in malum vergente, facilè ab hâc diſtinguitur; & in ma lis, ſuppletionis ætatis quoque cauſa eſt. *e*

IV. Sæpè etiam hîc cernas naturæ ludibria & portentoſi quid; quale in Ludovico II. Hungariæ Rege, qui præmaturè, & ante DIeM natVs, * per omnem vitam præceps ad præmatura fata properavit. Atque univerſim, *ſenilem Iuventam, præmaturæ mortis ſignum eſſe*, tanquam ex oraculo cenſuit Cenſorius Cato apud Plinium. *f*

V. Ex hoc tamen capite Tiraquellus *g* concludit: *Nobilitate* quoque *ætatem ſuppleri.* Et ſanè videntur ex præſtantioribus nati Parentibus, naturalem quoque indolis prærogativam habere. Unde Plato; *h conſentaneum eſt, meliores eſſe ex nobili genere, quàm ignobili.* Et eodem argumento Ariſtoteles, *veriſimile eſt*, inquit, *meliores ex melioribus naſci. eſt enim nobilitas, virtus generis.* Alia tamen ad hanc ſuppletionem concurrunt, ut eſt proba *Educatio*, altera natura; cujus dum quædam præcepta conſignare inſtituit Plutarchus, *i* fundamentum ejus ſtatuit in ipſa generatione & virtutibus parentum. Idque inter naſcendi felicitates potiſſimum eſt, quòd in præcellentibus domibus commodior haberi poſſit educatio. quæ iſthîc eò curatiùs tractanda, quò proniora ibi ingenia naſci certum eſt. Nam eſt juſta educatio medium propagandæ nobilitatis, eique adjungendi mentis generoſitatem. de qua iterum Ariſtoteles, * *nobile*, dicit, *eſt ex generis virtute; generoſum autem ex eo, ut non deficiat natura.* Juvant iſta omnia *exempla Majorum*, in quibus recens ab Infante memoria exercetur, animique ſumuntur. Saluſtius ex multis præclaris Romæ Viris audiviſſe ſe teſtatur, *cum Majorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi.* Nec denique rudè philoſophatur Johannes Huartus, ſupra jam nobis memoratus, dum *laudi & honori*, quo à tenerâ ætate altiùs nati extol-

a *Vid. L. 1. C. de His qui Ven. ætat.* b *c. fin. X. de Deſponſ. impub.* c *Tiber. Decian. tr. Crimin. l. 1. c. 8. in fin. c. 9. X d. t. & c. un d. t. in 6.* d *3. de Off. 71. & 96.* e *L. 2. & 3. C. Si minor ſe maj. dix. L. 37. D. de Minor. L. 14. D. ad SC. Silan.*

* *Micræl. Syntagm. hiſt. mundi. l. 3. ſect. 7.*

f *VII. 51.* g *de Nobilit. c. 20. n. 41.* h *Alcibiad. l. 1.* i *Comment. de liber. educand.*

* *2. Rhetor. ad Theod. 15.*

Proëm. in bell. Iugurth.

luntur, ſtimuli plurimùm tribuit, ut delicatioris licet vitæ aſſueti, improbos tamen belli labores animoſiùs evincant. Ita autem *Exam. de Ingen. c. 5.* ſuis ille verbis: *De aqui nace, que los nobles por ſer tan honrados ſon tan valientes, y no ay quien mas trabajos padezca en la guerra, con eſtar criados en mucho Regalo: a trueque que no les digan cobardes.*

VI. Inde non improbandum, quòd in Regnatrice Domo præmaturi admodum Juvenibus honores conferri cœperint. *Argenid. I, 15.* Nec enim *dubium*, ut verbis Barclaji utamur, *grandiùs quiddam inſinuari iſtu ingeniis, quæ ad regnandum à puero inſtituuntur; ſive hoc natura facit, ſive diſciplina rectitudo; aut potiùs deûm curâ.* Neque deeſt ratio, quæ ingeniorum principalium habilitatem *d. l.* à communi lege liberet. nam, pergimus cum Barclajo, *conſuetudine bonorum, qui Principum liberis habentur, obſtupeſcit ſuperbia guſtus, ac veluti acies, aliturque imperandi fortis illa ſecuritas.* Quamvis id ſub initia ſtatim Romani Principatûs actum, ut non tam ſupplementa advocarentur, quàm ut omnis principalis ætas civili lege eximeretur, ſplendorque oſtentaretur Auguſtæ fortunæ. Unde variis artificiis ea res tentata eſt. Reperta ſunt nomina, *Tac. A. 1, 3, 8. ad Tac. A. 1. n. 18.* naturam etiam anticipantia. inter pueros adhuc, Principes Juventutis appellari, quod Lipſio etiam ridiculum videtur, ampliſſimisque Magiſtratibus deſtinari: deinde nec infantiam egreſſis conferri quoque. Hinc in faſtis Conſularibus Anno U. C. 1116. reperitur Conſul creatus Varronianus NOBILIS PUER, Joviani Auguſti infans, & in cunis adhuc vagiens, filius. iterumque anno U. C. 1139. Honorio, Theodoſii Imperatoris Filio, NOBILI PUERO geſtus intra infantiles annos conſulatus eſt, qui & obſignat in Codice Juſtinianeo *Legem XIV. de Religioſ. & ſumtib. funer.* Reputent tamen hîc aulæ mancipia, ne veſaniæ ſuæ *Tac. A. 4, 17, 2.* ſeu ſupplemento, ſeu complemento, quid peccent. Tiberius ſanè Cæſar impatienter indoluit, *æquari Principales adoleſcentes*, Neronem & Druſum, *Senectæ ſuæ.* ita namque *moribus corruptis adulatio perinde anceps, ſi nulla, & ubi nimia eſt.*

Germ. 13, 4. VII. Germanorum noſtrorum, hodieque durans, nobilitatis generisque honos, Tacito jam ſatis celebratus eſt in hac ipſa

ipſa cauſa, qui, *inſignis*, inquit, *nobilitas, aut magna Patrum merita, Principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant. ceteris robuſtioribus, ac jam pridem probatis, aggregantur. nec rubor inter Con i es aſpici.*

VIII Atque eſt, ut ob virtutem conſpicuam, & non vulgariter maturam, ex factis ad natalium eminentiam concludatur. Uti Saul Rex, Davidem juvenem, ob profeſſum exhibitumque heroicæ virtutis animum, de ortûs præſtantiâ ſuſpectaſſe videtur, tam ſolicitè de genere ejus conquirens. *1. Sam. 17, 55. ſeqq.*

IX. Juvat Naturam *ars & ſcientia*, unde & illa forſan ſupplementi rationem præbebit. cùm didiciſſe fideliter artes, emolliat mores, adeoque naturalem ruditatem præoccupet. Et ſanè neceſſe eſt, ut is, qui artem & ſcientiam profitetur & venditat, *in illa arte* plus ſapiat etiam intra ætatem, quàm iners alius. Unde ſi fortè contingat, talem *circa artis ſua principia* falli, fruſtra ad ætatis compendia provocat; cùm ipſe ignorantiâ univerſalium exiſtat ſibi damni cauſa. *a* *Extra* autem *ſua artis terminos*, ſtatur communi ætatis condicioni ſine ſupplemento. *b* Ex quibus vulgata in hypotheſi quæſtio decidi poteſt: *An Iuris Doctor, minor tamen ætate, deceptum ſe rectè queri, & ex ætatis privilegio in integrum reſtitutionem petere poſſit? c* quoad Mercatores, decidit iſtum caſum Stracha *d* tractatu de Mercatura.

a *arg. L. 30. C. de Transact. conf. L. 2. §. 43. de O. I.*
b *arg. L. 1. in fin. D de Minor. L. 1. C. qui & adverſ. quos.*
c D. Lauterbach. *Exerc. XII. concl. 9. Vinnius 1. Sel. qu. 13.*
d *p. 3. n. 26. vid.* Mevius *ad Ius Lub. l. 1. t. 2. art. 7. in addit.*

X. Diligentia in re familiari, & induſtria in actibus & muneribus publicis aliàs perſpecta, hactenùs, in formâ præſumtionis, ſuppletionis cauſam miniſtrat ætati, quouſque ſe circumventum ab alio talis probare non poteſt. *L. 1. C. qui & adverſ. quos. ib. Brunnem.*

XI. Quamvis, juxta Baldum, * *Juramentum ſagaces pueros puellaſvé non reddat*; tamen de Jure etiam civili aſſertio majorennitatis, à Minore juramento corporali confirmata; * item jurata renunciatio beneficii ætatis ſpontè facta, ita ſupplent ætatem, ut ex ætate auxilium deinceps fruſtra quæratur. * Quod tamen

* *in L. 2. C de Reſcind. Vend. n. 12.*
* *L. 3. in fin. C. Si minor ſe. major.*
* *Auth. Sacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit. Kellenbenz de Renunc. ſucceſſ qu. 42. n. 19. ſeqq.* Vinn. 1. *Select. 15.*

men Ant. Faber *a* reſtringit, ut jusjurandum ſuppleat quidem defectum ſolennitatum, quas alioqui ratione ætatis intervenire oporteret; non verò ut imbecillitatem conſilii, quæ in ea ætate eſt, emendet & corrigat, cùm, quâ facilitate contrahunt ejusmodi ætatis homines, eâdem etiam jurent.

XII. Sanè formulæ iſtæ, bey Fürſtlichen/ Gräflichen/ Adelichen Ehren/ Treu und Glauben/ licet communi Germaniæ conſuetudine *b* vim juramenti corporalis habere dicantur, illique æquipolleant; tamen non videntur hoc ſupplementum inducere, *c* quia à Lege ipſum corporale & formale juramentum requiritur, quale formulæ iſtæ reverà non ſunt. *d*

XIII. Ex L. Julia & Papia fœcunditas & numerus liberorum olim ſupplevit ætatem ratione honorum; *e* ſed nullo modo ratione adminiſtrationis rerum. *f* atque inde ex hoc capite L. Juliæ non multum patrocinari feminis fœcunditatem reſcribit Gordianus. *g*

XIV. Matrimonium de jure civili *h* directè ſupplemento locum non facit. Illuſtre hujus rei exemplum deſcribit Gramondus, *i* in Gaſtone Principe Aurelianenſi, & Regis Ludovici XIII. fratre, qui tutelam Filiæ ex defunctâ Monpenſeriâ unicæ, bonorumque adminiſtrationem ſuſcipere aliter non poterat, niſi impetratâ ætatis veniâ. Ex conſuetudine tamen ferè matrimonium *Curatoris officium*, in Minoribus, *ceſſare facit*, ut tales in ea ſint condicione, acſi veniam ætatis impetraſſent; uti ſcribit Chriſtoph. Beſoldus: *k* quod etiam expreſsè Jure Provinciali Wirtenbergico *l* cautum eſt. idemque confirmat moribus Hollandiæ Simon à Grœnewegen tr. de LL. abrogatis; *m* & de moribus Civitatum quarundam in quibus viget jus Lubecenſe, Mevius, *n* qui & de ſententia Hiſpanorum JCtorum, huc inclinante, teſtatur. *o* An autem tales in contractibus & negociis ſuis læſi reſtitutionem impetrare poſſint? Affirmat id Beſoldus, ad Jus Provinc. Wirtemb. *p* & confirmat D. Lauterbach in Concluſionibus forenſibus. *q*

XV. Per-

a *Cod. lib 2. t. 28. def. 1. n. 12.* *Vid.* Grœnevveg. *de LL. abrog. ad* L. *1. C. Si advers. Vend.*

b Mynſing. *1. O. 17.* Gail. *2. O. 59.*

c *arg. L. 13. C de Teſtam. Beſſius de pact. famil. c. 7. p. 266. ſeq.*

d *Barſchamp de Clauſul. c. 31. §. 4. n. 94.*

e *L. 2. D. de Minor. vid.* Iacob. Gothofr. *de L. Iul. & Pap. c. 7.*

f *d. L. 2. L. 1. in fin. C. qui & advers quos.*

g *L. 12. C. de Adminiſtr. tut.*

h *L. 1. in fin. C. qui & advers. quem.*

i *Hiſt. Gall. lib. 16. in fin.*

k *Delib. Iur. ad lib. 26. qu. 8.*

l *part 2. tit. 27.* m *ad L. 2 C. de his qui ven. ætat.* n *ad Ius Lubec. l. 1. t. 7. art. 7. n. 22.* o *d. l. n. 19.* p *Diſſ. 2. n. 147.* q *Exercit. XII. concl. 7.*

XV. Pertinent huc etiam *Morbi*, qui variis ex cauſis adſciti & contracti, degeneri ſaltu ad defectam hominem ætatem præcipitant. de quibus jam aliqua tractaſſe nos meminimus. Faciunt huc & intenſiores animi paſſiones. nam ſecundùm Siracidem *zelus & iracundia minuunt dies, & curarum angores ante annos ſenectam inducunt.* Non paucis etiam, *ubi per ſocordiam vires, tempus, ingenium defluxere, natura infirmitas accuſatur.*

Zachias *l. 1. t. 1. qu. 7. n. 37.*

XXX, 26.

Saluſt *de Bello Iugurth. proem.*

XVI. Sed an taliter in Senilem condicionem protruſi, Senum jure æſtimandi ſunt? Diſtinguit Zachias & quoad debilitates corporis affirmat, quoad animi prudentiam negat. Nos tamen & quoad primum non à Senum tantum, ſed & omnis ætatis condicione remotos eſſe arbitramur, atque quatenùs cauſam infirmitatis agnoſcimus morbum, inter *Morboſos* locum ipſis deputamus. nam & juxta Plutarchum, *qui imbecillitatem corporis excuſationi prætendunt, ii non tam ſenectutem, quàm morbum & mutilationem corporis accuſant.* Quoad alterum autem, ex mente Philoſophi,* ſenilem prudentiam ejusmodi morboſis eo minus aſſignamus, quod præter defectum annorum & experientiæ, ægritudinis torpor tali quoque animi vires non leviter corrumpat & deterat.

d. l. n. 39. ſeqq.

lib. An Seni ſit gerend. reſp.

t. t. C. Qui morbo ſe excuſ. lib. 10.

* *Nicom. 9.*

XVII. Utilitatis gratiâ Jura ſupplent *immediatè* aliquando ætatem, ut, ubi nullus planè intellectus ex teneritate ætatis, ſeu naturâ, ſeu jure eſt, nihilominus tamen aliquem adeſſe ſupponant, qui deinceps *mediatâ* juris ſuppletione ſuſtineri poſſit. Tale quid præſtat Jus in *rebus facti*, ut ſcil. Infans, cui alioquin nullus ad id ſenſus eſt, poſſeſſionem capere poſſit, ſupplente judicium ipſius, jam à Jure ſuppoſitum, Tutoris auctoritate.

L. 32. *§. 2. de A. vel A. P.*

XVIII. Idem efficit Jus in Proximis infantiæ, quibus eodem modo intellectum tantum tribuit (cum aliàs Jure nullum habere dicantur) ut in iis etiam, quæ *juris* ſunt, tutoriæ auctoritatis capaces reddantur.

§. 9. I de Inut. ſtip. L. 1. §. 13. de O. A. L. 9. de A. vel O. H.

XIX. *Mediatè* ita ſupplet ætatem Jus, quando ætati, quæ intellectum jam quidem habet, nondum tamen Jure perfectum, vim aliquam mediam adjicit, cujus aſſiſtentiâ judicii defectus, in rei geſtione, ubi opus eſt, ſuppletur. Id contingit I. in ætate Pupil-

Vid. L. 32. §. 1. D. de A. vel A. P.

lari mediante Auctoritate Tutorum, pupillis legitimè *a* conſtitutorum. Præſente enim hâc auctoritate, Pupilli omnia rectè gerunt, à quibus aliàs ob defectum poteſtatis, ex ætatis cauſâ, excluduntur. *b*

XX. Idem ſupplementum præſtant Tutores Honorarii, qui ſc. non adminiſtrationis causâ, ſed tanquam Ordinariorum obſervatores, conſtituti ſunt; niſi iſta facultas ipſis ſit adempta. *d* quomodo controverſa iſta jura conciliat D. Lauterbach. Diſſert. de Honorar. tutor. *e*

XXI. Contingit tale ſupplementum II. in adultâ ætate, mediante Conſenſu ſeu aſſenſu Curatorum, *f* qui Adultis conſtituti ſunt, quorum tamen geſtis non æque præſentia Curatoris neceſſaria, *g* ſed vim addit etiam perfectæ rei accedens ratihabitatio. id enim naturæ cònſenſus ſimplicis conformè eſt. *h*

XXII. Supplementi hujus ſupplementum interdum intervenit à Magiſtratu, ubi, quâcunque ex causâ, Tutoris vel Curatoris copia nulla eſt: ſed iis demùm in negociis, *i* ad quorum efficaciam decretum Magiſtratus non requiritur. quo caſu, non quidem ipſo jure, tuitione tamen Prætoris negocium ſuſtinetur. *k* Ceterum ubi decfetum Magiſtratus requiritur, ſiquidem duplici contrario officio fungi non poteſt Magiſtratus, ibi hoc ſupplementum non admittitur. *l*

XXIII. Ex neceſſitate publica interdum ſupplenda eſt ætas in deferendis muneribus perſonalibus, ſi Reſpubl. inopiâ idoneorum juſtæ ætatis hominum laboret. *m* Itaque tempore belli Punici ſecundi Senatus decrevit: *n Tribuni plebis ad populum ferrent, ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, acſi ſeptem & decem annorum, aut majores, milites facti eſſent.* idque ob inopiam Juvenum, contra legem Regiam hactenùs receptam. *o* In Decurionatus moleſtiſſimo munere ſæpius iſta neceſſitas obvenire potuit, ut ante ſtatos annos, Curiæ aliqui inducerentur; *p quia ſit aliquanto melius, boneſtorum hominum liberos, quam è plebe in Curiam admitti.* *q* Quâ ratione

a *arg. L. 4. C. in quib. cauſ. in integr.* b *Tr. I. de Aut. tut. t. I. D. & C. d. t.* c *Vid. L. 3. §. 2. de Adminiſtr. tut.* d *L. 49. de A. vel O. H. L. 4. D. de Auct. tut.* e *c. 3 th 29. n. 5. ſeqq.* f *t. t. D. de Auct. & cõſenſ. tut. & Curat.* g *L. 101. de V. O.* Hahn. *ad Weſenb. de auct. tut. n. 6. in fin.* h *Vid. L. fin. Cod. ad SC. Maced.* Franzk. *Exerc. 3. qu. 4. ſeq.* i *L. 7. C. qui admitti ad bon. poſſ. L. 18. in fin. C. de Iur. delib.* Berſius *de Pact. fam ill. pag. 257. ſeq.* k *arg. L. 1. §. 5. D. quod falſ. tut.* l L. *fin. C. Si propt. penſitat. public. vendit. celebr.* m *arg.* L. *2. C. qui ætat. vel profeſſ. lib.* 10. n Liv. *XXV*, 5. *Conf* Lipſ. *de Milit. Rom lib. 1. dialog. 2. Vid.* o Gell. *X*, 28. p *Vid.* L. 8. *D. de Munerib.* q Plin. 10. *Epiſt.* 83.

ratione munere quidem rectè fungebantur, in aliis tamen ætatis beneficia non amittebant.

L. 11. *D. de Decur.*

XXIV. Et quamvis antè Pupillis, qui Tribunatum numerorum meriti eſſent, ex militari privilegio, ætas teſtandi fuerat ſuppleta; id tamen Juſtinianus Imp. ſuſtulit * Simile ſupplementum in Militia, quàm vocant, ſpirituali, Lege Conſtantini inductum, reſtinxit Leo Imp.*

L. 1. *C. qui & adv. quos.*
L. fin C. de Milit. teſtam.
* *Nov.* 6.

XXV. Denique eſt illuſtre ſupplementum à gratia & indulgentiâ ejus, qui ſicut reliqua Civilia Jura, & ætatis tempeſtivitatem manu ſuâ verſat. Quod ipſum ſupplementum facilè fontem ſuum oſtendit in Jure ſummæ poteſtatis nomothetico, cujus proprietas uti eſt Leges in commune etiam de ætate condere; ita quoque de conditis diſpenſare,* ſingulariterque aliquid indulgere. Eſt enim hoc ſupplementum ætatis, ex indulgentia ſummæ poteſtatis dimanans, nihil aliud, quàm privilegium ſuper ætate, contra Juris communis ſtatuta certis de cauſis conceſſum. Inde etiam in *favorabilibus* Indulgentia, gratia, venia ætatis dicitur. Nam & *odioſum* fortè hujuſmodi ſupplementum hîc occurret.

Cujac. 17. *O.* 36.
Vid. Bœcler. *ad Grot. l.* 3. *pag.* 221.
**Vid.* Beſold. *Diſſert. de Regalib. c.* 8. *th.* 1. & 5.
arg. §. 6. *I. de I. N. G. &c.*

XXVI. Non tamen uniuſmodi ſunt talia ſupplementa, ſed ratione cauſarum ſeu negociorum, in quæ ætas agit, variant. Ad duo tamen genera, quæ huc ſpectant, redigi poſſunt, quorum alterum, ad Juris Romani modum, *Veniam legis annariæ*, alterum fortè *veniam legis Lætoriæ* nuncupare licebit. Utræque enim Legum harum circa ætatem occupabantur; illa quidem in officiis muneribusque obeundis: hæc in libera adminiſtratione rei familiaris. Quæ malè aliis confundi vidimus.

XXVII. *Venia legis annariæ* expreſsè impetrata legitur à Commodo ad adipiſcendum Conſulatum, apud Lampridium. Sic de Marco Antonino Capitolinus: *Gratiâ ætatis factâ, Quæſtor deſignatus eſt.* Et Plinius ſecundus de ſe: Ego Caleſtrium Tyronem Præturâ ſum conſecutus, *cùm mihi Cæſar annum remiſiſſet.* Atque talem veniam non tantum à Principibus, ſed & in libera Republica Romæ indultam fuiſſe, argumento poſſunt eſſe ea, quæ Cicero habet, dum dicit: *recentiore memoria ſuperior Africanus,*

in Commodo.
in M. Anton. Philoſoph.
7. *Epiſt.* 16.
Philippic. 5.

T. Fla-

ad L. 21. de V. S n. 20. *T. Flaminius, admodum adoleſcentes Conſules facti, tantas res geſſerunt &c.* quo pertinet illud, quod Gœddæus de Scipione: *Si Populus Romanus volet, ſat annorum habebo.* Inde motam quæſtionem, *an ſententia à Iudice minore X X V. annis dicta valeret?* decidit Ulpianus, *valere, etiam ſi minor Prætor, ſi Conſul Ius dixerit, ſententiamve protulerit: Princeps enim, qui ei magiſtratum dedit, omnia gerere decrevit.* Atque ad hoc caput referendum cenſemus exemplum paulò antè relatum, de Gaſtone Aurelian. Duce, qui pro officio Tutoris principaliter veniam impetraſſe ſcribitur ab Hiſtorico. Imò huc ſpectare videtur quæſtio, quam Dd. communiter tractant in altera Veniæ ætatis ſpecie, *an venia ætatis, quâ ſine Curatore res ſuas adminiſtrare licet minori, id operetur, ut nanciſcatur quis tutelam Fratrum minorum: & An talis ad munera publica quoque idoneus reddatur.* Nos diſtincta hæc ſupplementa eſſe antè innuimus. quin tamen conjungi ab Indulgente poſſint, nihil obſtat: modo id factum ſpecialiter eſſe probetur. Unde Ddribus excogitata diſtinctio in Veniam ætis *plenam & minus plenam.* Atque notabile ſit, quod Comiti Mauritio Friderico Hohenloico, Camera Imperialis confirmaverit tutelam in Fratres & Sorores minores, licet in literis Veniæ nulla ejus rei fuerit facta mentio. refert id, & exhibet ſimul Veniæ literas Limnæus.

L. 57. de Re judic. vid. L. un. D. de Offic. Conſul.

arg. L. fin. C. de His qui Ven. ætat. Stamler de Reſervat. Imp. §. 58. n. 11.

T. 4. l. P. ad l. 2. c. 9. n. 151.

XXVIII. Altera, quam *Veniam Legis Latoria* dicere nihil prohibet, eſt illa, de qua peculiaris in Codice Juſtinianeo exſtat titulus: *De his qui veniam ætatis impetraverunt.* Hanc, in ſummam redigentes ita deſcribimus, quod nempe ſit Privilegium, ad petitionem eorum, qui intra minorem ætatem honeſtate morum probati, mentisque ſolertia ſunt commendati, Maſculis XX. Feminis XVIII. annos excedentibus (qui juris Civilis terminus, in Illuſtribus præprimis, non raro à qualibet Legislatoria poteſtate libere præcipitur) indultum; ut bona ſua, exceptâ immobilium alienatione, ſine Curatore validè adminiſtrare poſſint, nec ex taliter geſtis in integrum deinceps reſtituantur. Dicitur hæc expreſsè *ſupplementum Imperialis beneficii: & auxilium Imperiale.*

L. fin. L. 2. Cod. de His qui ven. ætat.

XXIX.

XXIX. Cum generaliter hic & in theſi, ut loquuntur, hoc ſupplementum tractemus, ſuffecerint ea, quæ modò præmiſimus, ad quæſtiones communiter hîc moveri ſolitas, *Ad quæ Regalia, majora vel minora, pertineat Veniæ datio? An meri ſit, vel mixti Imperii? &c.* Reliqua autem huc facientia nunc non repepetimus, quæ integrâ tractatione de VENIA ÆTATIS pro exercitio Academico, inter decora tunc Sceptrorum Academiæ Lipſienſis, exhibuit anno ſeculi noſtri XLII. Illuſtriſſimus Dominus HENRICUS X. Junioris lineæ RUTHENUS, Dominus à Plavia &c. Dominus Parens noſter obſequioſiſſimâ ſubmiſſione Honoratiſſimus; unde verborũ noſtrorum compendia nunc contraximus. Sunt præterea intra & extra Germaniam plurimi, & inter hos plerique Publici Juris Conſulti, qui commentariis ſuis materiam hanc illuſtrarunt; quâ in re egregiam operam, quantum ad Jus Veniæ ab Ordinibus Imperii noſtri dandæ, impendit Inclytus Vir & Amicus noſter Nicolaus Myle-rus ab Ehrenbach/ libro ſingulari, quem inſcribit *Etologiam Ordinum Imperialium.* *§. XXV.*

XXX. Supplementum privilegiatum odioſum iis caſibus locum habere poteſt, ſi propter inſignem malitiam ſpecialiter alicui ordinaria irrogetur pœna, à quâ ætatis miſeratione aliàs liber eſſet. Ad tyrannicam autem libidinem ſpectat, quod notavit Dio Caſſius inter alia trucia, quæ Antonii, Lepidique & Octavii Cæſaris triumviratus effudit: nimirum Puer prætextatus, virilem togam ſumere juſſus eſt, quo crudeli privilegio, tanquàm vir interfici poſſet. Iſtud ergo ſupplementum furor excogitavit, in Legis ludibrium, & civium perniciem. *lib. 47.*

Addenda ad Caput de ſupplementis.

Obſervationem quoque meretur, Senibus quibuſdam Principibus corporis ſui habitum pudori eſſe; atque inde labentem ſpiritum, manifeſtamque virium defectionem, per diſſimulationem ſæpè occultari, defectæque adeò ætati ſupplementa quæri.

An. 4, 57, 3. Idque Tacitus notat in Tiberio: *quippe illi prægracilis & incurva proceritas, nudus capillo vertex, ulceroſa facies, ac plerumque medicaminibus interſtincta.* hinc in Campaniam ſecedebat, & vitabat cœtus hominum; aliisque artificiis appropinquantem vitæ
vid. Tac. A. 6, 46. 6 &c. 50, 1. & ſeqq. finem celabat. Simile quid obſervat Cominæus * in Ludovico XI. Galliarum Rege, qui Senex, & ob oris maciem mortuo ſimilior, veſtimentis tamen adhuc utebatur ſplendidiſſimis,
* lib. 6. c. 8. ubi in conſpectum ſuorum veniebat. Extra regnum autem mittebat homines ſuos in diverſa loca, vel negocii quæſiti efficiendi cauſa, vel coëmendis præſtantioribus equis, mulabus, canibus, aliisque peregrinis beſtiis, ſaltem ut ipſe propterea vivere,
Conf. Forſtn. ad Tac. An. 12, c. 44. ac valere aliis videretur. Solimannus fuco luridam faciem corrigebat, ut aliis quaſi valens & vigens formidini porrò eſſet.

PARS TERTIA.

CAPUT I.

De tempeſtivitate ætatis circa ſummum imperium.

I. Ordo continuatus.
II. & III. Regis infantis tempeſtivitas ad Jus Regium. & coronam accipiendam.
IV. Ejus plenum auſpicium.
V. Principis tempeſtivitas ad exercitium juris regij
VI. Illa diverſimodè in diverſis gentibus definita.
VII. Tempeſtivitas Principum & Statuum Germaniæ ratione poteſtatis territorialis.
VIII. In Regnis electitijs quæ ætas primum tempeſtiva.
IX. Quæ in Imperio Rom-Germanico.
X. Principum æmulorum intempeſtiva colloquia, in ætate tempeſtiva.
XI. Senectutis tempeſtivitas in Imperiis variè æſtimata ex judicio populi.
XII. Variè item ex judicio familiarium.
XIII. An Senex aptus ſit reipubl. gerendæ.
XIV. Tempeſtivitas ætatis, ubi penes plures eſt ſumma poteſtas.

I.

REſtat, ut de Actibus diſpiciamus, quibus qualem ætatem aſſignet Tempeſtivitas. Hi vel circa ea ſpectantur, quæ publicum ſtatum directè attingunt; vel quæ pertinent ad commoda ſingulorum. In illis Tempeſtivitas ætatis tum occupat Imperantes, & qui ex Imperantium poteſtate variâ procedunt: tum obſequentes ſeu ſubditos.

II Imperantes pro variâ Rerumpubl. forma vel Unus ſunt, vel Plures. Unus in Regno eſt Rex ſeu ſummus Princeps,

Grot. de I. B. II, 7, 19. qui in regno patrimoniali Jus regium ſtatim etiam infans habet jure hereditario. Unde etiam ſolennibus Regiis inaugurari poſſunt impuberes. *2. Paralip. 23.* Joas Rex Judæ ſeptennis coronatur atque inungitur, applaudente Populo. Ejusque rei expreſſa in Galliis exſtat conſtitutio Caroli VI. Regis, quâ prædeceſſoris Patris Caroli V. Regis ſanctio, de coronatione ſimul cum adminiſtratione recipienda à pubertatis annis, emendata eſt, atque ſtatutum, *ut Primogenitus Regis quâcunque ætate Rex coronaretur & conſecraretur.* Cujus conſtitutionis promulgatio facta 7. Kal. Decembr. M CCCC VII. annotante Choppino.* (*de Doman. Franc l. 3. c. 5. n. 3.*)

III. Rationem ejus reddit Bartolus,* (*ad L. 1. C. de muner. non contin. lib. 10.*) recenſente Coraſio *Miſc. 22, 3.* quod ejusmodi ſolennia dignitatem & ſplendorem conferant, non etiam adminiſtrandi actum, qualium etiam tenera ætas capax ſit. quæ ſic benè ſe habent, ſi non collatio, ſed agnitio hereditarii Principalis ſplendoris in tali puero intelligatur. (Paurmeiſt. *de Iurisd. I. R. libr. 2, c. 4, n. 5.*) Nam ſicut in electitiis Regnis jam conſtituti Principes unctione & diademate inſigniuntur, ad oſtentandam ſigno aliquo externo ſacram Majeſtatem, quæ in ipſis jam exiſtit: ita etiam in patrimonialibus iſtis Regnis hereditario Principi ſigna præſentis Majeſtatis nulla ætate feſtinari cenſenda ſunt.

IV. Eſt enim integra Majeſtas, & aliquid divini, quod ſine adulationis fuco poſſis agnoſcere, in iis, quos DEUS nativitate ipsâ Regio charactere ſignavit. Neque enim hîc pueritiæ infirmitas, ſed Regiæ Majeſtatis veneratio attendi debet: Illam (Iuſtin. *7, 2, 7. ſeqq.*) Macedones ſeriùs advocantes, cum ſub *infante Rege* ab Illyriis bello laceſſiti & profligati eſſent, *Regem bello, non virtutem ſuam deſuiſſe* expendunt, *indeque Rege ſuo in cunis prolato & pone aciem poſito*, præſentibus Regis ſui auſpiciis acrius certamen repetunt, magnâque cæde fundunt Illyrios. De quo argumento latiùs diſſerit Bœclerus ſingulari libro *de Auſpicio Regio.*

V. Sed quod ad uſum & exercitium juris regii, in eo humanitati hactenùs cedit condicionis eminentia, dum ad id pertingat intellectus, quo ſe rerum humanarum ſupremum arbitrum, vel, ut Livius* (*XXIV, 4.*) loquitur, *Regni potentem*, oſtendere poſſit ejus-

ejuſmodi Princeps. Quod tempus alibi Lege ſeu Conventione definitum, alibi probabilibus conjecturis æſtimari monet Hugo Grotius. Nam & in Regiis pueris ſunt, *qui vix libertatem, nedum dominationem modicè ferant*. Utrobique licet æſtimationi & judicio ſubeſſe videatur, ſummitati tamen nihil decedit, cùm hâc ratione non dies aliqua definiatur ipſi ſummæ poteſtati, ſed conventionem Reipubl. quoad modum habendi ſaltem impleat Princeps, quod identidem inculcat dictus Grotius: qui dum imperio maturus fiat Regius pupillus, quales interim accipiantur Tutores, diſtinctè quoque oſtendit.* *de I. B. I, 20, 3.* *Livius d. l.* *Vid. Becl. ad Grot. II, 7, 27.* ** d. tr. I, 3, 15.*

VI. Legem autem talem in Regno Galliæ recenſet, quod ſupra jam dictum, Limnæus,* quâ cautum, ut quandocunque Regni Succeſſor *quartum decimum annum attigerit*, pro pubere & tali habendus ſit, qui regimen & adminiſtrationem Regni aliaque habere debeat. Id innuit etiam Thuanus,* qui ad exemplum Gallorum, Luſitanos Reges minorem ætatem eodem tempore exuere dicit. Ut miremur, quid cauſæ habuerit Michaël Hoſpitalis Cancellarius Franciæ, ad demonſtrandam Caroli IX. Regis regnipotentiam, uti auxilio *Legis 8. D. de munerib. & honorib.* * Opinatur quidem Autor Relationis de Regno Gallico apud Philippum Honorium,* Legibus Franciæ determinatum eſſe, *ut ſub Octovirorum tutela vivat Rex, donec ad decimum quintum annum pervenerit*. Sed Thuano, ne fidem habeamus, cauſa nulla eſt. Idem* Legis, hæreditariâ unione in Regno Suecico temporibus Guſtavi Regis conventæ meminit, juxta quam hæreditarius Regni Succeſſor, ubi annum XVIII. attigerit, maturus imperio cenſeatur. quod ipſum confirmat novus Hiſtoriæ Sueticæ conditor Joh. Loccenius, tum in auſpiciis Guſtavi Adolfi Regis, anno 1611. tum in inauguratione Chriſtinæ Reginæ circa finem anni ſeculi 1644. Poſſet quidem hîc in aliorum tum veterum, tum modernorum Regnorum conſuetudines excurri; ſed temporis & inſtituti nunc ratio, obvia ſaltem delibat. ** Notit. Franc. l. 1. c. 8. lit. nn.* Choppin. *de Domanio Franc. l. 3. t. 5. n. 3.* ** Hiſtor. l. 64. pag. mih. 335.* **Vid. Gothofred. ad L. 8. D. de Munerib.* ** theſaur. Polit. p. 1. pag. 153.* ** lib. 131. p. m. 983.* *lib. VIII.* *lib. IX.*

VII. Huc referimus Principes & Status alios, imprimis in Imperio Romano-Germanico, qui, licet in ceteris dependentiam ſuam ab ſummâ Imperatoriâ Majeſtate, juſta & vera cum

vid. Capitulat. Sacratiſs Imperat. LEOPOLDI art. 3. & 7. D. Myler. de Statib. Imp. cap. 14. n 11. ſeqq.

ſubmiſſione agnoſcant, in hereditariis tamen ſuis territoriis & ditionibus, vi poteſtatis, quam vocant, territorialis, tanquam in regno patrimoniali ſuccedunt, & auſpicio aliquo ſimili, tempeſtivitatem Juris iſtius in ſibi Subditos inter faſcias etiam emittunt, donec ad faſces & exercitium Juris, ſeu juxta communem Legem, ſeu in plerisque ex pactis familiarum accedant.

VIII. In aliis Regnis, ubi electione Populi vel Procerum Princeps adſciſcitur, commoda advocabitur ætas, quam Leges Regni, ejusque neceſſitas requirent. Laudat quidem Galba Piſonis maturitatem, quòd *ea ætas ejus ſit, quæ cupiditates adoleſcentiæ jam effugerit; explebat* autem tum *Piſo unum & triceſimum annum*, quâ ætate, ſi unum alterumque annum addas, Alexander M. orbe jam ſubacto imperare deſinebat. quamvis & hunc rectè æſtimantibus liquerit, *bona naturæ ejus fuiſſe*, vitia, *vel fortunæ, vel* ætatis.

Tac. H. 1, 15. 4. id. d. l. c. 48. Curt. X, 5. 26.

A B c. 2. §. 2. ib. Limn. Obſerv. 19. Buxtorf. Differt. ad A. B. th. 31. lit. C. Sleidan. de Stat. Rel. & R. lib. 1.

IX. In Auguſtiſſimo noſtro Imperio expreſsâ Imperii Lege ætas certa in eligendo Imperatore conſtituta non eſt. *Idoneum* tamen eligere Lex jubet: quem & ætas facit. Primus poſt conditam ſtatim iſtam Legem Wenceslaus Imperator eligitur quindecim annos natus. Et in deliberatione electionis Divi Caroli V., Moguntinus Elector de ætate ejus egregiè ſeutit, *illam non magnam* (agebat autem tum Carolus decimum & nonum annum) *ſed tamen idoneam nunc & maturam rebus gerendis* aſſerens. Qui nunc Orbi Romano præeſt Auguſtiſſimus & Invictiſſimus Imperator LEOPOLDUS, Princeps ac Dominus noſter omnium Clementiſſimus, tantâ expectatione, quanto Virtutis verè Imperatoriæ merito, oblata capeſſebat Sceptra, Auguſtumque Caput, jam Coronis antè ſuetum, Imperiali Diademate quaſi abſolutiſſimum præſtitit, confecto ætatis anno decimo & octavo. Cujus porrò ætatem Gloriâ Imperii, Sacratiſſimæque Domus fœcundiſſimâ felicitate ſemper Auguſtam, ad Seros DEUS perducat annos, inter Nepotum, Auguſtæ Sobolis, demum amplexus cum immortalitate commutandos.

X. Poſt

X. Poſt adoleſcentiam nulla intempeſtivitas, vel vulgari & profano cogitatu obſtabit Principi, quo minùs omnia ſubeat. Cùm tamen cuncta Principis acta ad Rempubl. pertineant, in ipſa tempeſtiviſſima ætate obſervare licebit non vulgarem intempeſtivitatem, quam prudenti digreſſione annotat Cominæus. Nimirum poſt puerilem ætatem, ſeu eam, quâ non niſi delectationibus ſuis attendunt Principes, omnis tempeſtivitas illis adimitur, ut condicione viribusque æquales & æmuli in mutuos conſpectus colloquiaque veniant. ipſa illuſtris graviſſimique Viri verba ſic habent: *Grande folie eſt a deux Princes, quand ils ſont égaux en puiſſance, de s' entrevoir, ſi non qu' ils fuſſent en jeuneſſe, qui eſt le temps, qu' ils n'ont autres penſées qu' à leurs plaiſirs. Mais depuis le temps que l' envie eſt venu les uns ſur les autres, encor qui il n' y euſt nuls perils de perſonnes (ce qui eſt quaſi impoßible) ſi accroit leur malueillance & leur envie.* Illuſtrat deinde hoc argumentum variis exemplis, & ſuâ experientiâ, concluditque vix æquâ opinione ab invicem unquam diſceſſum fuiſſe, quin ex quocunque tandem contemtu, quem mores, lingua, veſtitus, comitum æſtimatio aliaque ingerant, amicitiæ ejusmodi Principum exinde dirimerentur. *Lib. I. cap. 8.*

XI. Senectus Principis non pari fato cuilibet eſt tempeſtiva. Gratiſſimum & religioſum erat certamen inter Senatum, & Seniorem Tacitum, pòſt Auguſtum, cum ille Imperatorem hunc proclamabat; hîc ſuæ electioni propter ſenii cauſam prece & rationibus obſtabat. *Videte*, inquit, *diligentiùs, quam ætatem de cubiculo atque umbra in pruinas æſtusque mittatis.* At illi contrà, plures Senes ad Imperium veniſſe, reddebant; *Imperatorem non militem facimus. Tu jube, miles pugnet.* Galbæ tamen alia ratio, *cujus ætas & irriſui, & faſtidio erat, aſſuetis Iuventa Neronis.* Scilicet peſſimo Principi non melior ſucceſſor, ſeveræ ætatis odio, gravis quoque Populo erat. unde *eadem nova aula mala, æque gravia, non æque excuſata.* Sic tempeſtivitatem Principum æſtimat populus, unde illorum non quidem jus, plurimùm tamen fortunæ dependet. *Flav. Vopiſc. in Tacito.* *Tac. H. 1, 7, 8.*

XII. Alio tamen, propriæque domus judicio adhuc ſub-

ſunt

ſunt ejusmodi principes. In electivo quidem Principatu maximè longæva decrepitas, etiam tempeſtiva ſemper familiaribus eſt. cum præcipuam ſortem iſto demum principatu gerant. pòſt in vulgari tantum futuri. Atque hîc Nepotum Papalium ferè cauſa agitur in aula Romana. Videas in ejusmodi Principatibus eadem quæ de eo, quem Galba ſenex iniit, notat Tacitus: *Afferunt venalia cuncta præpotentes liberti. Servorum manus avida, & tanquam apud Senem feſtinantes.* In ſucceſſivo contrà Principatu, non rarò liberis intempeſtiva ſenectus Parentis eſt, *qui habere, quam expectare malunt potentiam.* Unde mutuas ſuſpiciones, & ſevera ſtatuta in propria viſcera, loquuntur hiſtoriæ.

d. loc. n. 4. *Forſtner. ad Tac. A.* 12. *c.* 44.

XIII. Senectus interim in ſe generaliter tempeſtiva imperiis eſt. nec exinde vel deſeri debet ſenior Princeps, vel ipſe, ſibi deſperans, decedere indignè imperio; contra quod graviter diſputat Plutarchus ſingulari libro, *An Seni gerenda ſit respubl.* Vitia Senum ſunt, non ſenectutis, vani metus, & ſuſpicionum facilitas, qua contemni ſuam ætatem plerumque autumant, graviterque non nunquam habent, *fama magis, quàm vi ſtare res ſuas.*

Vid. Limn. *ad Capit. Ferdin. I. in proœm. pag.* 451. *ſeqq.* Tacit. *A.* 6, 30, 6.

XIV. Ubi penes plures imperandi poteſtas eſt, ſive paucos, ſive omnes, ibi nulla ſubjectis ad imperium prior tempeſtivitas ætatis eſt, quàm quæ generendis rebus apta. Idque plerumque in ejusmodi Rerumpubl formis lege definiri ſolet. Inde quòd Romæ *legibus annalibus grandiorem ætatem ad Conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur.* ne ſc. ætas movendis rebus proclivis, ſibi ſoli vindicet, quod cum aliis ipſi eſſe debebat commune.

Cic. *Philip.* 5.

Caput II.

De Tempeſtivitate ætatis, quam ſumma poteſtas diverſis in juribus obſervat: & ratione ſubjectorum.

I. Connexio.
II. & III. Tempeſtivitas ætatis in jure Sacrorum obſervata.

IV. In

IV. In honoribus & dignitatibus conferendis.
V. In Conſiliariorum allectione.
VI. Ætas legitima Electorum ſecularium S. R. I.
VII. Tempeſtivitas ætatis Adminiſtrorum ſummæ poteſtatis.
VIII. In Magiſtratibus legendis.
IX. In Judicibus: & Aſſeſſoribus Judicialibus.
X. Tempeſtivitas ætatis militaris.
XI. Quæ ætas bellica licentiæ tempeſtiva
XII. Tempeſtivitas ætatis Legatorum.
XIII. Ætas perfecti Civis.
XIV. Tempeſtivitas ætatis ad munera civilia.
XV. Ad munus Tutelæ.
XVI. & XVII. de Tutoribus Principum. & Electorum S. R. I.

I.

VAriæ ſunt cauſæ in Civitate, in quibus ſumma poteſtas verſatur, ſuumque Jus exercet quaſi per partes. In ſingulis ætatis quoque tempeſtivitas comitatur operoſam. Nos pauca illorum delibabimus.

II. In Jure Sacrorum, quod præterito, & noſtro præprimis ſeculo multa præclara Ingenia legitimè rurſus vindicarunt Civili poteſtati, ſedula ætatis attentio oſtenditur. De Pontificis ſeu Romani Epiſcopi ſolius omnipotente, circa iſta, jure, contendit graviter devota aliàs Romæ Gallia; ſed ubi tamen penes omnes Epiſcopos illa requieſcere plerumque jubentur. In Anglia Puritanorum colluvies Regem ſuum necdum iſtorum Jurium arbitrum eſſe permittit. Quid in unitis Belgii Provinciis de hoc ſtatuatur, liquet ex Hugonis Grotii Commentariis *de Imperio ſummarum poteſtatum circa Sacra*. Proteſtantes Germaniæ, ſeu Auguſtanæ Confeſſioni addicti Imperii Statûs, poſt Pacem Religioſam, ut alia ſumma Jura, ita & hoc, vi Poteſtatis territorialis in ditionibus ſuis, recto ordine exercent, licet adhuc illi maneat præteritæ uſurpationis nomen, *Jure* ſc *Epiſcopalu*; quod vulgo quidem permittitur, re tamen ad juſtum ſta-

 tum

tum redactâ. Hîc ergo ſummæ poteſtatis cura eſt, ut in Rebubl. verus Dei cultus rectè peragatur, ac Sacramenta, & ſacrorum reliqua ritè adminiſtrentur. Ordinat autem tantum, & curam habet; non ipſa Civilis Poteſtas ſacris peragendis defungitur: quod quidem Gentilibus frequens fuit, ut quibus ex religionis ſpecie, Imperii vires mutuari artis fuit. A Chriſtianis Principibus, utut alii aſſerant, Pontificatum Maximum geſtum fuiſſe pernegat, & eruditè probat Jacobus Gothofredus ſingulari libro. *a*

Vid. Schütz. Colleg. I. P. V. 2. D. 14. th. 5. lit. A.

a *de Interdict. Chriſtianor. cum Gentilib. communione &c.*

III. Ad hanc curam ergo ratione ætatis pertinet, ut ab Chriſtianis parentibus nati, ſtatim à nativitate Sacro Baptiſmatis fonte ritè initientur Eccleſiæ. de quo ampliùs Theologi. *b* Quòd tamen ritus & ſolennitates huc facientes per plures annos in nonnullis Principalibus domibus differantur, id ad familiaria ſacra, & externam pompam pertinet. De talibus ſolennibus Aulæ Regiæ Gallicanæ videri poteſt Limnæus. *c* Sequitur hanc curam alia, quæ impenditur in pueritiæ, adoleſcentiæque rectam educationem, quæq; veræ ſalvificæ Religionis fundamentum imprimat, cum aliis bonis artibus. quo pertinet Præceptorum, Profeſſorumque delectus ex ætate. Denique omnis, ſacra miniſtrantium, ordo. quorum omnium legitimam ætatem, tum Imperialibus conſtitutionibus, tum definitionibus canonum præſcriptam, ut huc inſeramus, ratio noſtra non patitur. Nec ita pridem prodiit Leonis Allatii liber *de Ætate & Interſtitiis in collatione Ordinum etiam apud Græcos ſervandis.* ubi, ſicut & in aliis operoſus eſt, Græcanicæ Eccleſiæ divortia, ad Romanam revocare. Ariſtoteles *d* ætatem omnibus reipubl. muneribus defunctam, extremam ſcilicet, Sacerdotio ſeponit. Sed compoſita quoque ad ſacra munia ætas vividioribus annis reperitur. Hic enim illud verè locum habet: *Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata; ſed canities hominis, ſapientia (divina) eſt, ac ætas ſenectutis vita immaculata.*

b *vid. Chemnit. Exam. Concil. Concil. Trident. p. 2. de Baptiſm. can. 13.*

c *Notit. Franc. lib. 2. c. 21. lit. b. &c.*

d *7. Polit. 9.*

Sap. IV. 9.

arg. L. 1. C. de munerib. non continuand.

IV. In privis legibus, honoribus, dignitatibus, titulis, quatenus ſine opera & adminiſtratione haberi poſſunt, quælibet, etiam prima ætas tempeſtiva & capax eſt. Nam ubi quis nec ſibi, nec reipubl. præjudicat, ibi nullam intempeſtivitatem dicit Lex. Idque

Vid. Coraſ. 5. *Miſcell.* 22, *n.* 3.

que exinde etiam ſit perſpicuum, quod Principum, Comitum, Nobilium dignitas ex beneficio Superioris acquiſita, ſtatim legitimè natis, & à matre adhuc rubentibus competat, ſi id concedentis expreſſa voluntas fuerit, ut omnes legitimè ex primo acquirente naſcituri (Leibs-Erben) iſtâ prærogativâ gauderent. quo caſu tot privilegia cenſenda ſunt, quot capientium deinceps futuri. Unde & ejusmodi privilegia non Realia, ſed Perſonalia eſſe firmiter ſtatuimus.

L. 42. D. de Admin. tut. L. 69. L. 196. de R. I. vid. Enenk. B. H. de Privileg. l. 2. c. 4. n. 53.

V. Circa Judicia & conſtitutionem Magiſtratuum tempeſtivitas ætatis idoneos ætate ſeligit Conſiliarios, Miniſtros, Magiſtratûs, Judices. Conſiliarii & Conſiſtoriani partem corporis Majeſtatici conſtituere dicuntur, * ex eo quòd prudentia & conſiliis proximè illi adhærent. Cùm verò *ad conſilium dandum, caput ſit, noſſe rempubl.* hinc facilè collectu eſt, requiri ætatem in Conſiliario, quâ & ſcientia, & rerum experientia comparari potuit: neque hîc moderata Juventus, neque Senectutis extrema vacant. Nam & Appius Claudius admodum Senex, optimè pro Republ. de fœdere cum Pyrrho ineundo conſuluit, nutantemque ſuſtinuit Senatum.* Et C. Cæſar ineunte ætate docuit, ab excellente eximiâque virtute progreſſum ætatis expectari non oportere. *a* quam rem eleganter, ut pleraque, explicat Lipſius, *b* aliique qui integris commentariis Conſiliarios deſcribunt.

* *L. 5. C. ad L. Iul. majeſt.*

Cic. 2. *de Orat.*

*Cic. *de Senect.* 16. *vid. L. 1. §. 5. de Poſtul.*

a Cic. *Philip.* 5.

b 3. *Polit.* 48

VI. Principes Electores S. I R. (ut qui dicuntur Conſiliarii Imperatoriæ Majeſtatis intimi, Keyſerlichen Mayeſtet innerſte Rähte *c*) Seculares quamvis Jus ipſum nativitate *d* acquirant, exercitii tamen tempeſtivitatem peculiarem Imperii ſanctione adepti ſunt in Caroli IV. Imp. Aurea Bulla, *e* ubi *legitima* illorum *ætas* poſt decem & octo annos definita eſt, *quâ ætate exacta jus, vocem & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutores ipſi ſibi totaliter, cum officio, tenentur protenùs aſſignare.*

c Limn *ad A. B. c. 24. §. 1. Obſ. 4.*

d Freher *ad Bullam Sigism. Verb. de Volventur.*

e c. 7. §. 2.

VII. In Miniſtrorum, quibus curandum quid committitur, ſtudio eligendo, ætatis tempeſtivitas non pauca docebit. Hinc pro diverſitate negociorum, diverſa quoque ætas exhibebit idoneum. In provincia ſanè adminiſtranda talis ætas requiritur, quâ *animorum provinciæ prudens, ſimulque doctus per aliena experimenta* quis ſit. Adoleſcentum incautus fervor, & co-

Tac. *Agr.* 19, 1.

 gnita

gnita imbecillitas, efficiendis rebus intempeſtiva eſt, cum ne ſibi quidem ſufficiat; ſatius autem eſt, ***adminiſtrationibus non peccaturos præficere, quàm damnare, cùm peccarint.***

Tac. d. l. n. 5.

VIII. In Magiſtratibus legendis naturaliter tempeſtivitatem ætatis inſinuari ſcribit Ariſtoteles, pro diverſitate muniorum. Tacitus quidem, ***apud majores,*** inquit, ***cunctis Civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: ac ne quidem ætas diſtinguebatur, quin primâ juventâ conſulatum ac dictaturas inirent.*** Cujus rationem pro præſente ſtatu approbat Machiavellus. * Deinceps tamen, ***annariæ Leges*** introductæ, quibus definitum ***quot annos nati quemque magiſtratum peterent caperentvé.*** Inde licet ambitionibus limites fuerint poſiti, tamen & ***magna ſæpe indolem virtutis, priusquam Reipub. prodeſſe poſſet, exſtinctam fuiſſe,*** queritur in tempore Cicero. Solon omnem ***Juvenem, quantumvis ſapientiâ præſtantem,*** Senatu arcebat: ob opinionem vulgi, qui rarò juvenes ſapientes æſtimet. Impuberem omnibus officiis Civilibus abſtinere jubet Ulpianus. * Idemque * ante XXV. annum ad reipubl. adminiſtrationem neminem admitti, niſi ex cauſa, tradit: ac illam ætatem in hâc materiâ ***juſtam*** * dicit. Iſta tamen ad Provincias & Municipia pertinere videntur. In Urbe ſingulis ferè Magiſtratibus ſua ætas deſcripta, aliaque Quæſtoria, alia Conſularis, alia Senatoria, Equeſtris &c. erat. ***Anno*** tamen ***ſexageſimo lex Senatorem non citat,*** inquit Seneca. *

7. Polit. 9.
Ann. 11, 22, 6.
** 1. Diſſ. ad Liv. 60.*
Liv. *lib.* 40.
Philip. 5.
Bodin. 3. de Republ. 1.
** L. 2. §. 1. de R. I.*
** L. 8. de Munerib.*
** L. 2. pr. de Vacat mun.*
vid Dio Caſſius *lib.* 52.

* Lipſ. *tract. poſth. de Magiſtrat. pop. Rom.* * Gruchus *de Comit. Rom. l. 1. c. 3.* * *de Brevit. vit. c. ult.*

IX. Judex Romæ alius erat à Magiſtratu, * à quo demùm dabatur. & officium ejus pertinebat ad munera publica, * ad quod invitus cogi poterat, ſi XXV. annis fuiſſet major. * Spontè tamen & intra iſtam ætatem judicare poterat, modò non minor eſſet octodecim annorum. * Atque ex his Aſſeſſoris ſui, ſeu Judicialis Conſiliarii, ætatis tempeſtivitatem definit (an æquo per omnia modo, dubitamus) Antonius Winterus peculiari tr. de Aſſeſſore. *

X. Circa Bellum ***Militaris ætas*** * attenditur, Romæ quidem, ex conſtitutione Servii Tullii Regis ab ſeptimo decimo anno: intra

* *Vid.* Vultej. *de Iudic. l. 1. c. 4 n. 5. ſeqq.*
* *L. 78. de Iudic.*
* *arg. L. 41. D. de Recept. qui arbitr.*
* *L. 57. D. de Re judicat.*
* *p. 1. c. 5. n. 12. ſeqq.*
* *Veil. X, 28.*

intra quam, cum Octavius decimum fortè & ſextum annum ageret, *expers belli propter ætatem* dicitur Suetonio. Qui verò Militum vicena ſtipendia fecerant, Veterani erant, & honeſtam miſſionem conſequebantur. *a* De delectu militum ex ætate, brevi bus, ſed graviter agit Lipſius *b* in Politicis.

Auguſt. c. 8.
a *L. 9. C. quando provoc. non eſt neceſſ.*

XI. In iis quæ juſto bello licent, ætati imbecilli crudelitatem defendere *c* exigunt quædam gentium Jura. Et *certum eſt*, inquit Florus, * *ad profligandam provinciam maximè profeciſſe ſingularem Scipionis ſanctitatem: quippe qui captivos pueros puellasve præcipuæ pulchritudinis barbaris reſtituerit.* Tale in conſtitutione Imperii de ſtipendiis Equitum: * Es ſol keiner alte Leute/ Prieſter oder Weibsbilder/ die auff keiner Wehr gefunden werden/ deßgleichen unmündige Kinder zu tode ſchlagen/ bey Straffe Leibs und Lebens. Obſides, in ſecuritatem pactionis accipiuntur etiam impuberes, *d* prout accipiens, ſi ejus ſit arbitrii, commodum ſibi eſſe videt.

b *lib. 5. c. 12. n. 16. ſeqq.*
c Grot. *de I. B. III, 11, 9.*
* *II, 6, 40.*
* Reuter-beſtall. *de anno* 1570. *art. 70.*
d *Vid.* Schilter *de Iure Obſ. c. 3. n. 9.*

XII. Pacis & belli commercia agunt ſummæ poteſtates per Legatos. Hos ætas quoque idoneos facit. Sanè Romani Carthaginenſium Legatos, *conſpectis ætatibus e* dignitatibusque admittunt, quaſi decoram ætatem Legatorum, ad ſuam æſtimarent dignitatem. Et magis commovent majores natu Viri à S. P. Q. R. ad Jugurtham repetitâ Legatione miſſi, *f* quàm antè tres Adoleſcentes, unde non adeò ſerium Romanorum animum ſibi fortè fingebat. Deinde præter auctoritatem, cauta omninò ætas hîc requiritur, & ſui potens, *g* ne temeritate aliqua impingat, cùm & decus & utilitas mittentis in illo negocio verſatur.

e Liv. *XXX, 42.*
f Saluſt *bello Iugurth.*
g von Stieſſen/ *de Iure Legation th. 4. lit. E.*

XIII. De Subditorum & Civium ætate nunc deſpiciendum. Ariſtoteles, dum Civem ſuum omnia civilia munia perfectè obire vult, & Pueros & Senes non propriè appellari Cives dicit: Illos quidem, cum ſint imperfecti adhuc; hos verò, quoniam vacationem à muneribus habent, & jàm ſunt defecti. Illos tamen, à Civibus natos, Cicero *h* vocat *deſignatos reipubl. cives:* & Plinius, *i futurum populum, parvulosque cives.* Et Athenis quidem in Cives ſcribebantur anno ætatis vigeſimo. Romæ fortè poſt ſumtam virilem togam. Apud antiquos Germanos quan

3. *Polit.* 1.
h *Orat. pro A. Cluent.*
i *Panegyr. c. 26. n. 1. & 7.*

 docun-

docunque armis quis aptus erat, pro Cive reputabatur. *Sed arma ſumere non antè cuiquam moris, quàm Civitas ſuffecturum probaverit. Tum in ipſo concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameâque juvenem ornat. hæc apud illos toga, hic primus Juventæ honos. ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ.* Hodiè Homagia, quibus ſubjectio & obſequium civile promittitur, præſtantur ab his qui ſui juris ſunt, ſi vel proprios lares ſibi conſtituant, vel ubi majores fiunt: atque ex eo veri Cives cenſentur, tam Originarii, quàm adlecti.

Tacit. *Germ.* 19 2. *ſeqq.*

Vid. Ritter. *de Homag. c* 5. *& alii.*

XIV. Civis quicunque eſt, Juribus civilibus quoque fruitur, ac munera oneraq; Civitatis ſubire tenetur. His maximam partem inſervit *cenſus*, in quo *ætatem ſignificare neceſſe eſt*, ut inquit Ulpianus; nam, *quibusdam*, ex more recepto, *ætas tribuit, ne tributo onerentur: ut in Syriis à pubertate, ad ſexageſimum quintum annum tributo capitis obligantur.* Id tamen in aliis patrimonialibus *a* muneribus vix locum habebit. Perſonalium munerum neceſſitas incipit regulariter cum majorennitate. *b* Ubi tamen ſolus honor, ſine adminiſtratione, ſpectatur, etiam impubes *c* muneris capax eſt, & Infans. *d* Senes verò quomodo immunes ſint, docet Cicero *e* in perſona Catonis Majoris: *Legibus & inſtitutis vacat ætas noſtra muneribus iis, quæ non poſſunt ſine viribus ſuſtineri.* cui ferè reſpondet Calliſtratus *f* ex diſtinctione negocii. Id tamen reſtringitur ad ſuſcipienda demùm munera *g* civilia ut ab iis vel quinquaginta, vel quinq; ampliùs annos natus ſe excuſare poſſit, nam à ſuſcepto munere, nec ſeptuagenario major liberatur. *h*

L. 3. *pr. de Cenſib.*

a *L.* 6. *§* 4. *de Munerib. L.* 7 *C. de Muner. patrim.* Tabor. *de Mœtat. pag.* 267. *ſeq.*
b *L.* 11. *D. de Decur. L.* 8. *D. de Muner.*
c *L. fin. C. de Milit. teſt.*
d *L.* 1. *C. de Munerib. nō continuand.* e *de Seneƈt. c.* 34. f *L.* 5. *pr. de Iure immun.* g L. 2. *§. f. D. de Decurion. L. fin. C. qui ætat. ſe excuſ.* Tabor. *d. l. n.* 4. *&* 4
h *L.* 2. *§.* 1. *& L.* 8. *D. de Vacat. muner.*

XV. Tutela ſuo modo etiam publicum munus eſt: atque inde in Civitate, ſine juſtâ excuſatione, nulli, cui illa rectè delata, immunitas ejus præſtatur. Deferri autem non poteſt tutela minori XXV. *i* annis, de Jure Civili: (nam ſubeſt condicio, *ſi major factus fuerit*, ſi in teſtamento *k* minori defertur) Septuagenario autem major ab iſto munere tutelæ, ſi hoc tempore ei deferatur, excuſare ſe poteſt. *l*

i *§.* 13 *I. de Excuſ. tut. L fin. C. de Legit. tut.*
k *§.* 2. *I. qui Teſt. tut. dare poſſ.*
l *d. §.* 13. *I. de Excuſ. tut. L.* 2. *D. eod.*

XVI.

XVI. Aliter ſe res habet in tutela Regis & Principis, quæ uti in tuitione maximè publicæ perſonæ occupatur, ita verè publicum munus eſt, quod extra Regnum alii delatum, ex gentium Jure committitur & ſuſcipitur ad eam ætatem, quæ eo jure rebus gerendis apta eſt. Ubi verò Lege Regni perpetuâ, vel ex procerum populivé arbitrio intra regnum Tutela Principis committitur, ex Jure Civili publico res dijudicatur.

XVII. De Electorali tutore in Imperio noſtro controverſum eſt, an illi ad munus id ſubeundum ſufficiat Electoralis ſingulari lege conſtituta ætas, octodecim annorum; an ex communi jure legitima ætas requiratur. Prius cenſuit Arniſæus: cui in caſu neceſſitatis, facilè ſubſcribimus, ita tamen, ut auctoritate & decreto Imperiali ſit opus; * quod & in aliis Principibus ac Statibus locum habere poteſt. Poſterius tamen regulariter obtinet, cum nihil ſpecialiter de tutore ſit mutatum in Lege.*

not. ad Bullam Sigism. in fin.
** Cothm V. 1. Reſp. 48. n. 50. ſeqq.*
** arg. L. 27. C. de teſtam. Buxtorf. ad A. B. th. 86. lit. C.*

Caput III.

De Tempeſtivitate ætatis in actibus, qui Singulos reſpiciunt.

I. Tempeſtivitas ætatis ratione Societatis Conjugalis.
II. Tempeſtivitas ad Sponſalia.
III. ad Nuptias ſ. Matrimonium contrahendum, ratione termini à quo,
IV. ratione termini ad quem.
V. Tempeſtivitas ætatis ratione ſocietatis herilis.
VI. Tempeſtivitas ratione Societatis Paternæ.
VII. Tempeſtivitas in Adoptione.
VIII. de Unione prolium.
IX. de alimentis, liberis, & parentibus debitis.
X. de Educatione.
XI. de Grammatica *& linguis Filiis Electorum Principum addiſcendis ex lege A. B.*
XII. Tempeſtivitas filiorumfam. acquirendi omnia Patri:

Patri: de Peculio Caſtrenſi.
XIII. de Peculio Adventio, Regulari, Irregulari.
XIV. de Peculio Profectitio.
XV. de Emancipatione.
XVI. Tempeſtivitas ætatis Patrisfam.
XVII. de Pupillis.
XVIII. de Adultis.
XIX. An Infans habeat dominium.
XX. de tempeſtivitate Infantum & aliorumq́ Minorennium ad acquiſitionem.
XXI. Tempeſtivitas ad alienandum inter vivos:
XXII. mortis causâ.
XXIII. Tempeſtivitas ad Obligationes:
XXIV Tempeſtivitas ad Delicta:
XXV. in Judiciis.
XXVI. ad Condemnationem & Pœnas.

I.

IN Singulorum actibus tempeſtivitas ætatis prima eſt, quæ nuptias Conjugalemque Societatem reſpicit. Sine hac enim nulla futura eſſet Civitas, nulla civilis ætatis tempeſtivitas. Præcedunt autem Conjugium Sponſalia, quibus ob futuri matrimonii promiſſionem, animi ſponſorum præparantur & diſponuntur ad iſtos affectus, qui deinceps tantam amicitiam decent.

Ameſ. de Conſ. ſent. l. 5. c. 36. n 2.

II. *In Sponſalibus contrahendis, ætas contrahentium definita non eſt*, inquit Modeſtinus. interim *a primordio ætatis effici poſſe ſponſalia, modò id fieri ab utraque perſona intelligatur*, concludit idem, & explicat, *ſi non ſint minores ſeptem annis.* Quâ parte diſpenſationi principali tamen locum reliquit Leo *a* Imperator: & ſupplemento per malitiam gloſſa in c. Juvenis X. de Sponſal. & matrim. *b* Quod autem de C. Octavio Auguſto refert Suetonius *c* illum *tempus ſponſas habendi coarctaſſe*; & Dio *d* ſcribit Auguſtum conſtituiſſe, *ne pactio aliqua nuptialis rata eſſet, ubi ultra biennium nuptiæ eſſent differendæ, i. e. ut omnino ſponſa decem annos nata eſſet:* id ad effectum Legis Juliæ & Papiæ pertinet, quem diuturnis ſponſalibus eludere tentabant Ro-

L. 14. D. de Sponſal.

a *Nov.* 109.
b Covarr. *de Sponſal. c. 2. n. 1.* Caniſ. *ad d. c Iuvenis. n. 2*
c *Auguſt c.* 34.
d *lib. 54. in actis an.* 735.

Romani. *e* Effectus autem Sponſaliorum intra pubertatis annos contractorum eſt, quod actui condicionem imprimant, eumque ſuſpendant ad pubertatis tempus, ante quod reſilire non datur: eo tamen exiſtente is, qui impubes ſponſalia inierat, actis aut purè conſentire, aut re integrâ, contradicere poteſt. *f* Alia ex his quoque arcanæ rationes pro oportunitate exſtruunt. Agrippina jam Claudii conjux, *deſpondere Octaviam Domitio* à Claudio obtinet, *quod ætati utriusque non abſurdum, & majora patefacturum erat*. nam & mox artificio matris *ſponſus jam & gener Domitius æquari Britannico*. *g* denique etiam *Domitium filio anteponit Claudius*. *h*

e Iacob. Gothofr. *ad L. Iul. & Pap. c.* 3. *Vid.* L. 17. *D. de Sponſal.*
f *C.* 1. *cauſ.* 30. *qu.* 2. *c.* 6. 7. 8. *X. de Deſp. impub. c. un. d. t. in* 6. Carpz. *Ipr. Conſiſt. lib.* 2. *d.* 174. *n.* 5.
g *Tac. A.* 12. 9. & *ſeq.*
h *Tac. d. l. c.* 25. 3.

III. Ad perfectam Civitatem, qualem concipit Ariſtoteles, egregiè facit ejusdem ætas, quam tempeſtivam ad Nuptias ex omnibus cauſis inter ſe collatis computat. Mari enim deſtinat annum circiter XXXVII., feminæ verò XVIII. Atque hæc ad juſtum probumque finem rectè collimant. Cum tamen concupiſcentiæ humanæ vel hic potiſſimum exorbitent, ſine alio, quem & indigitat Apoſtolus, * Legislatores nuptiarum ætatem ex naturæ potentiis & ipſis Pubertatis annis definiunt: *i* qui tamen Jure Can., *k* ſi quâ forte generandi vis ante illos adſit, malitiâ ſupplentur. Recenſentur hic promiſcuè autoribus multa exempla qui pueri adhuc, generarint; & inter illos etiam referunt Salomonem, ex quo nono vel decimo ætatis anno Roboamus natus ſit; impoſuerunt Judaicæ iſtæ fabulæ etiam D. Hieronymo, *l* cauſam forte addente loco *in* 1. *Reg.* 3, 7. * De Germanis noſtris olim Cæſar *m* meminit, quòd illis *intra annum XX. feminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habitum fuerit rebus.*

7. *Polit.* 16.
* 1. *Cor. VI,* 2.
i *Pr. I. de Nupt. Vid L.* 4. *D. de R. N.*
k *c.* 6. & 9. *X. de Deſp. imp.*
l Covarr. *de matrim. p.* 2. *c.* 5. *n.* 7.
* *Vid* Hiſtor. Eccleſ. Goth. *l.* 1. *c.* 2. *ſect.* 3. *n.* 29.
* *ſed Vid. c. prac. Verſ.* 9.
m *de bell. Gall. lib.* 6.

IV. Lex Papia Sexagenario viro, & feminæ quinquagenariæ, *fibulam*, ut ex Seneca dicit Lactantius, *n impoſuit*, nuptiisque ineundis interdixit. Id licet auctum à Tiberio, *o* deinde tamē abrogavit Claudius Imp., in quem ſenſum etiam reſcripſit Juſtinianus. *p* Generandi quidem finem ponit Ariſtoteles mari anno LXX., feminæ L. anno. Sed licet rarum ſit, etiam ultra

n 1. *Inſt.* 16.
o Sueton. *Claud. c.* 23.
p *in L.* 27. *C. de Nupt.*

vid L. 12. C. de Legit. hered. hos annos generandi potentes reperiri, nihil tamen præter naturam eſt.

V. In Herili ſocietate, quatenus nos nunc illam accipimus, domini etiam ſervos infantes capere poſſunt, cum & hi hoſtium ſint. *a* Ex Ancillis quoque nati, ſtatim in ſervilem incidunt condicionem, ſi nullo planè tempore, dum prægnans erat libera fuit ancilla. *b* Ingenuos etiam in ſervitutem coemere quis poteſt Infantes ſanguinolentos, *c* ex egeſtate à Patre venditos; qui tamen ad ingenuitatem ſemper repeti poſſunt. Sed & qui viginti annis majores pretii participandi cauſa venundari ſe patiuntur, in poteſtate domini, qui condicionis ignorans emit, exiſtunt. *d* Infantis quinque annis minoris, ut & Senectute defecti ſervi operæ nullæ ſunt, quæ æſtimari poſſint. *e* Ceterùm liberè, & extra conſilium, manumittendi poteſtas, dominis intra XX. annorum ætatem Lex Ælia Sentia ademerat: *f* permiſit tamen Juſtinianus in teſtamento manumittere militarem ætatem adeptis: *g* quod ipſum deinceps ad ordinariam teſtamenti faciendi ætatem reduxit. *h* *Agricolatio,* quæ moribus hodiernis aliquam ſervitutis ſpeciem in propriis hominibus conſtituit, quomodo ſtatim in infantibus & in aliis habeatur, exponit Joh. Herm. Stam, tract. de Servitute Perſonali, *i* aliique.

a Lugo *de I. & I. Diſp. 6. ſect 2. n. 12.*
b *§. 4. I. de I. P. Pr. I. de Ingen.*
c *L. 2. C. de Patrib. qui fil. deſtr.*
d *d. §. 4. I. de I. P. 7. §. 2. D. de libe- ral. cauſ.*
e *L. 12. §. 3. D. de Vſufr. L. fin. §. 1. D. de Oper. ſerv.*
f *§. 4. I. qui & quib. ex cauſ.*
g *§. 7. d. t.*
h *in N. 19. c. 2.*
i *lib. 3. c. 15.*

VI. Parentum liberorumve invicem jura nulla quidem ætate circumſcripta ſunt, ſed ut illos his pietate & ope præeſſe; ita hos illis ſubeſſe veneratione & ſtudio jubet per omnem ætatem *natura*, quæ *non uti inter pecudes, ſic inter homines poteſtatem & imperium valentioribus dedit.* *k* Exorbitans & tyrannica patria poteſtas, propria Civibus Romanis, *l* in Viros etiam de Republ. jam benè meritos exercita, ex hiſtoria Romana nota ſatis eſt. Talem quoque reprehendit in Perſis Ariſtoteles. *m* Deinceps tamen & apud Romanos *in pietate, n non in atrocitate conſiſtere juſſa eſt* poteſtas. Illud autem, quod Conſtantinus M. propter nimiam paupertatem & egeſtatem victus liberos *ſanguinolentos* & recens natos, vendi permittit *o* (quamvis antè ne ad tam indignum facinus cogeret Parentes neceſſitas, ex horreis publicis ſtipem neceſſariam egenis largiri juſſerat *p*) non ex civili illa, ſed naturali pote-

k Plin. *paneg. c. 33. n. 7.*
l *vid. L. fin. C. de P. P. L. 11. D. de Lib. & poſtlim.*
m *8. Nicom. 12.*
n *L. 5. D. de Parricid.*
o *L. 2. C. de Patrib. qui filios diſtr.*
p *L. 2. C. Th. de alim. quæ inop. parent. de publ. petere deb.*

poteſtate fluit, quâ alimenta patri egeno præſtare tenetur filius: idque, ſi aliter fieri non poteſt, venditione tali in ſervitutem; quâ tamen operæ potius filii, quam ipſe filius, venditæ cenſentur: unde pretii oblatione etiam liberatur. quæ ita examinat & explicat Eichelius ſingulari libro, *de Iure quo naturaliter liberi & Parentes ſibi obſtricti ſunt. a* ubi etiam disquirit, an, & quo jure Lothus filias ſuas nubiles Sodomitis proſtituendas potuerit offerre? *b*

VII. In adoptione, quâ & ipſâ ſocietas hæc paterna contrahitur, tempeſtivitas ætatis, naturæ imitatione, id exigit, ut, cùm adoptandus natus eſſet, Plenam jam pubertatem fuerit aſſecutus adoptans, adeoque Pater præcedat filium non minùs annis XVIII. *c* Deinde, ut ſexagenario minor extraneum in ſuam familiam non inducat, ſi propriis liberis procreandis adhuc ſit potens. *d* In Arrogatione ut Infante major adoptandus ſit, Jus Civile exigere videtur. *e* Impuberis arrogandi aliqualem intempeſtivitatem, ſupplet & ſuſtinet proviſio Juris. *f*

VIII. Unio prolium die Einkindſchafft / quâ liberi diverſi matrimonii, à Parentibus ſecundis nuptiis junctis, quoad filiationis jura uniuntur, & ad eandem quaſi familiam rediguntur; licet ex moribus, in multis adoptionis ſpeciem ferat, tamen quod ad ætatem, *g* nihil cum illa habet commune, ob diſtinctum finem.

IX. Debentur liberis naturaliter *h alimenta*, quæ *qui denegat, necare videtur. i* Sed quâ ætate, & ad quam? Lactationem trimis *k* deputant vulgo, per L. 6. C. de Patr poteſt. reliqua alimenta præſtandi erunt eo usque, donec de propriis ſibi proſpicere poſſint: *l* ſi modò nec aliundè in ætate etiam idoneâ ſuæ rei providere impediantur. *m* Reciproca autem eſt hæc alimentorum obligatio, ut liberi quoque Parentes alant. quod beneficiorum ratio exigit. neque tamen & hîc ætas; ſed indigentia ſpectatur. *n*

a *ib. 22 ſeqq.* *Conf. Grot. de I. B. II, 9. 5.*
b *ib. 34 ſeqq.*
c *§. 4. I. de Adopt.* L. 40. *§. 1. D. eod.*
d *L. 15. §. 2. L. 17. §. 2. D. de adopt.*
e *arg. L. 2. pr. de Adopt.*
f *§. 3. I. de Adopt. & ſimil.*
g Rickius ab Arweiler / *de Vnion. prol. c. 9. n. 39.*
h Grot. *II, 7. 4.*
i *L. 4. D. de agnoſcend. lib.*
k Cujac. *19.* *Obſerv. fin.* *Carpz. p. 4. c. 27. d. ſ. n. 3.*
l *L. 8. §. 5. C. de bon. qua lib.*
m *L. 5. §. 7. D de agnoſc. liber.* Surdus *de alim tit. 7. qu. 6. pr.*
n *L. 5. pr. §. 1. 2. 15. D. de agnoſc. lib. d. L. 8. §. 5. C. de bon. qua lib.*

X. Præter alimenta dignum in educanda prole ſtudium adhibere debent Parentes. nam & ad hoc imploratione officii Judi-

a L. 5. §. 12. de agnoſc. lib. cis adigi *a* poſſunt. De his quædam differit Ariſtoteles 7. Polit. 17. alia; & graviſſimè auctor Dialogi de Oratoribus, qui Tacito vulgo inſcribitur. *b* ubi morem imprimis antiquorum Romanorum laudat, quo *eligebatur aliqua major natu propinqua, cujus probatis ſpectatisque moribus omnis familiæ cujuspiam ſoboles committeretur, coram quâ neque dicere fas erat, quod turpe dictu neque facere, quod inhoneſtum factu videretur &c.* Cuique autem ætati deputarunt Sapientes ſtudium aliquod, quo præparetur animus diſcentis ad ſequentes annos. *Nero puerilibus ſtatim annis vividum animum* in alia *detorſit, cælare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere.* ſed neglectâ eloquentiâ, ubi jam Princeps oratione, alieno cultu perpolitâ, verba faceret, adnotabant prudentiores, *primum ex iis qui rerum potiti eſſent, Neronem alienæ facundiæ eguiſſe.*

b c. 28. ſeqq.

Tac. A. 13, c. 3. 4.

c. 7.

cap. ult.

XI. Hoc loco annotamus, quod in Aurea Bulla Carolina de Principum Electorum filiis ſtatutum, ut in Grammatica, (quam lectionem ex Authentico probat, & *latina lingua*, non artem & præcepta, ſed *uſum*, eo vocabulo indigitari evincit Marqu. Freherus) Italicâ, ac Slavicâ linguis inſtruantur, quo à ſeptimo incipiendo ætatis anno, infra quartum decimum annum exiſtant in talibus eruditi. In quæ plura obſervant Doctores, & noviſſimè Limnæus.

Comment. ad d. c. ult. ad A. B. d. c. ult.

XII. Dum liberi ſub patria poteſtate degunt omnia parenti acquirunt. *a* Hinc etiam ſi ex juſſu Patris Infantiæ proximus adierit hereditatem, patri acquirit. *b* Id tamen pro diverſitate peculiorum, quæ filiifam. à rationibus parentum jure habent ſeparata, variat. *Caſtrenſe* quidem Peculium, quod filiofam. occaſione militiæ ſagatæ; *c* aut *quaſi Caſtrenſe*, occaſione militiæ togatæ *d* acquiſitum eſt, pleno jure à rationibus paternis habet ſeparatum, inque eò pro patrefam. habetur. *e* Iſta tamen peculia habere demùm poſſe filiusfam. in ætate militari, ſeu poſt XVII. *f* annum ætatis, videtur ex rationibus juris.

a §. 1. I. Per quas perſ. cuique acquir.

b L. 8. §. 1. de A. vel O. H.

c L. 1. C. de Caſtr. pecul.

d Pr. I. qui nõ eſt permiſſ. fac. teſt.

e §. fin. I. de Milit. teſt. L. fin. pr. C. de inoff. teſt. f arg. L. 1. §. 3. D de Poſtul. Gell. N. A. X, 28. vid. tamen L. fin. C. de Milit. teſtam.

XIII. *Adventitium peculium*, quod filiofamilias extra militiæ

g 1 per quas perſ. cuique acq. L. 6. pr.

L. 8. pr. C. de bon. quæ lib.

litiæ cauſam, aliunde, non ex re patris, obvenit; quacunque ætate, etiam infantili; *a* ſiquidem illud *regulare & ordinarium* eſt, tunc filiusfam. nudam ſaltem ejus proprietatem ſibi ſeparatim habet, Pater verò, vi poteſtatis patriæ, uſumfructum † (niſi ipſa obventio in uſufructu ſaltem conſiſtat, vid. L. fin. C. de Uſufr.) cum libera & pleniſſima adminiſtratione, *b* etiamſi filius ſit perfectæ ætatis. *c* Si vero hoc peculium ſit *irregulare*, tunc filiusfam. plenum jus, & ſi perfectæ eſt ætatis, liberam ejus habet diſpoſitionem *d* (exceptâ teſtamentaria arg. §. 2. I. quib. non eſt perm. fac. teſt.) In imperfecta filii ætate, Pater, ſi aliunde filio conſtitutus Curator non eſt, & ipſe vult, bona iſta adminiſtrare poteſt, *e*

XIV. *Profectitium* peculium, quod citra militiæ cauſam ex re patris vel ejus occaſione profectum, *f* ſaltem adminiſtrat filius, etiam impubes; *g* Pater pleno jure habet, & quandocunque libuerit, adimere filio poteſt. *h*

XV. Emancipatione ſolvitur Patria poteſtas: quâ quidem non perimuntur naturalia jura, ſed illud ſaltem præſtatur, ut filio propriam habere familiam liceat. Ad hanc omnis ætas eſt tempeſtiva, quâ filius conſenſum ſuum declarare poteſt, quem tamen in Infantibus ſolennitas actûs ſupplet *i*

XVI. Sic ergo Pater & Princeps familiæ *k* factus quocunque modo, in domo dominium habet, eique imperat; propter ætatem etiam diverſimodè. Nam vocabulo Patrisfamilias potiſſimum Jus demonſtratur, *l* cujus pleno exercitio demùm Majorennes tempeſtivi ſunt.

XVII. Minores autem vel Puberes, vel Impuberes ſunt. Hi propriè hîc vocantur Pupilli, qui ſub moderatoriâ poteſtate Tutorum degunt, nondum enim ex infantili, vel puerili imbecillitate rebus ſuis præeſſe poſſunt: cùm & adultis pleriſque privatam *domum ſuam coërcere haud minus arduum ſit, quàm provinciam regere.*

XVIII. Puberes facti Adoleſcentes pleriſque exercendis de Jure Civili tempeſtivi *a* quidem ſunt: ſi tamen rationes *b* à Tutoribus de geſto officio; aut à Debitoribus ſolutum *c* accipere; vel

a *d.* L. *8.* §. *fin.* C. *dot.*
† *d.* §. 1. *d.* L. 6. *pr.*
b L. 1. C. *de bon. matern.* L. 6. §. 2. *de bon. qua lib.*
c L. *8.* §. 3. *de bon. qua lib.*
d *N.* 117. *c.* 1. §. 1.
e *arg.* L. *fin.* §. *1.* Cod. *de bon. qua lib.*
f §. *1. per quas perſ. cuiq. acq.*
g L. 1. §. 4. *D. de Pecul.*
h *arg.* L. 4. *pr.* L. 8. *D. de Pecul.*
i L. 5. C. *de Emanc. lib.*
k L. 195. §. 2. L. 196. *pr. de V. S.*
l *d.* L. 195. §. 2.
L. 239. *de V. S.*
Tacit. *Agr.* 19, 3.
a *arg.* §. *1.* I. *de Curat.* L. 2. §. *fin.* D. *qui pet. tut.*

b L. 7. C. *qui pet. tut.* c L. 7. § 2. *de Minor.*

d *§. 2. I. de Curat.* L. 2. *C. qui legit. perſ. ſtand. in jud.* c L. 1. *§. fin. D. de Minorib.*

vel in Judicio agere *d* velint, Curatores habere coguntur. Atque ſi etiam in aliis Curatorem petierint, & acceperint, tum verò, dum durat adoleſcentia, adminiſtratio illis non committitur, licet benè rem ſuam gerentibus. *e* Jure autem Imperii moderno Magiſtratus ex Officio invitis quoque Adoleſcentibus dat Curatores per Rec. Imp. de anno 1548 & 1577. tit. 32.

in L. *fin. D. de* LL.

Il. 2. 6.

XIX. Totum autem Jus cujusque Patrisfamilias conſideratur aut quemadmodum quid ejus fit, aut quemadmodum rem ſuam conſervat, aut quemadmodum alienat & amittit, dicente Ulpiano. Nos ſaltem in transcurſu, circa hæc tempeſtivitatem ætatis conſiderabimus. Acquiſitio ergò rerum iſti demùm ætati competere videtur, quâ homo animo & voluntate pollet, adeoque intellectum & affectionem rei habet. Verùm cum Jus illud, quod Societatem dirigit, æquè Infantes, & illi proximos, membra agnoſcat; inde ſubvenit illis, ſuppletque defectum ætatis, ut verè acquirant, ne interim id, quod infanti quomodocunque obvenit, ab aliis injuſtè occupetur, aut dominia rerum, quæ ex naturæ jure fluunt, aliquando eſſe non poſſint, quod contra naturam eſt. Hinc non tantum ex jure gentium, quod Grotius exiſtimat, id deducitur, ſed ex ipſo Jure naturæ, quod etiam Jus Civile, quamvis variâ ſub ratione, agnoſcit. Atque hoc quidem aliquo caſu etiam ſolam infantilem ætatem tempeſtivam habet ſine juris ſupplemento, ita ut Infanti rei donatæ vacua poſſeſſio tradita corpore quæratur: *a* imprimis ſi res talis ſit, *b* ad quam Infans habere poſſit affectionem. Pupillus infante major, *c* omnem poſſeſſionem acquirit, ſine ſupplemento; & ſi affectionem & animum habet, per poſſeſſionem etiam dominium. *d* Ubi tamen periculum obligationis ſubeſt acquiſitioni, *e* ut eſt in hereditate, *f* ibi tum pupilli, tum adoleſcentes qui Curatorem habent, ſine Tutorio aut Curatorio ſupplemento intempeſtivi ſunt.

a L. 3. *C. de Acquir. poſſ.* b Bach. *ad Tr. V 2. D. 21. th. 3. lit. A.* c *§. 2 I. Quib. alien. lic.* c L. 32. *§. fin. D. de Acquir. Poſſ.* d L. 4. *§. 2. D. de Uſurp. & Uſuc.* e *arg. pr. I. de Auct. tut* f *§. 2. I. de Auct. tut* L. 9. *§. 3 D. eod.*

XX. Sic ergo conſtat Infantem etiam habere dominium, eo ſcilicet modo, quo acquirit. Itaque Infans quoque habet dominium,

minium, non ſaltem ex ſupplemento Juris gentium; ſed verè etiam de Jure naturæ. nam quicquid ex dominio habent, illud plenè habet, ita ut eo ipſo alterius id non ſit. Dominium autem (quod hîc latiùs pro omni Jure in re accipimus) eſt illud jus quo res noſtra eſt: à quo uſus juris adhuc alius eſt, quem etiam tamen plenum habet Infans, alio ſaltem dirigente.

Vid. Grot. II, 3, 6. ibi Selden.

XXI. In alienationibus tempeſtivitas ætatis conſideratur vel in actibus inter vivos, vel mortis cauſa. Inter vivos illa demum ætate alienare poſſunt homines, quâ liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habent. Unde cùm illa Minoribus Curatorem habentibus, & Pupillis jure ademta ſit hactenùs, ne ſine auctoritate & conſenſu Tutorum & Curatorum ſuorum alienent, & per hoc conditionem ſuam deteriorem faciant; ſequitur nullo modo, ne quidem ex cauſa neceſſaria, * illos ſolos alienare poſſe, nec dominium, aut aliud jus in re, transferre in accipientem. Qui idem juris effectus eſt etiã, ſi vel Minores ejusmodi & Pupilli, * cum conſenſu Curatorum & auctoritate Tutorum, vel Curatores & Tutores ſoli, vel Minores Curatorem non habentes, aut veniam ætatis adepti, * *immobilia*, & quæ his æquiparantur, ſine Decreti interpoſitione alienaverint. Senectus autem ad donationem faciendam ſola non eſt impedimento, reſcribunt Impp. A. A. Unde quod Menochius (*lib. 6. præſ. 46. n. 23.*) ſcribit, *Senex dum donat, donare dicitur mortis cauſa*, per L. 5. D. de M. C. Donat. id intelligit de Senibus, qui adeò gravantur, ut non poſſint ſupereſſe negocio pertractando.

L. 3. Cod. de integr. reſt. L. 9. pr. §. 1. D. de Auct. tut.

** d. L. 9. §. 2.*

** t. t. C. de præd. & aliis reb. minor.*

L. 3. Cod. de His qui Ven. ætat.

** V. D Lauterb. Differt. de alien. rer. quæ minor. ſunt.*

§ fin. I. quib. alien. lic.

XXII. In actibus mortis causâ puberes etiam tempeſtivè de rebus ſuis diſponunt, cum ultima voluntas ſemper revocari poſſit: unde valide teſtari, codicillos condere, *a* mortis causâ donare poſſunt. Si tamen donatio m. c. per rei traditionem fiat à Minore Curatorem habente, ipſa quidem, etiamſi Curatoris conſenſus non fuerit adhibitus, donatio valet, ita ut ſecutâ ejus morte plenum ſortiatur effectum; antè tamen nullum in accipientem jus transferatur. *b* Senes, quà tales, non inepti teſtamenti factionis ſunt. *c* XXIII.

a L. 5. ff. qui teſtam. fac.

b arg. L. 9. § 1. & 2. de Auct. tut. L. 2. & 29 *D. de mort. donat.* Bach *ad Tr. V. 2. D. 19. th. B. Verſ. donare itaq.* D. Lauterb. *Diſſ. de M.C. don. th.* 19. c L. 3. *C. qui teſt. fac.*

XXIII. Obligationes, quas nunc ſubjungimus, ex factis licitis in ætate Pupillorum & minorũ qui Curatores habent ita procedunt, ut ipſi alios ſibi efficaciter obſtringant: *d* aliis verò hi regulariter ex ſolitario ſuo facto, ſine ſupplemento Tutoris aut Curatoris ne quidem naturali *e* (tali ſc. quã Jus Civile agnoſcit) obligatione teneantur: Id tamen ex merâ Juris Civilis diſpoſitione introductum. Hinc ubi æquitatis aliqua ratio ſubeſt, & vel locupletior factus ſit ex iſto contractu ejusmodi ætatis homo, vel dolo ſit verſatus, *f* vel etiam de tertii agatur præjudicio, *g* obligatio tenet; primo tamen caſu non niſi naturaliter obligatur, *h* unde non tam ex iſta obligatione, quàm propter illam ex reſcripto D. Pii oritur contra talem Actio. *i* Cum autoritate Tutorum vel Conſenſu Curatorũ contrahentes Pupilli & minores, vel ſi minorum nomine contrahant Tutores & Curatores, verè & civiliter obligantur minores; unde tamen per in integrum reſtitutionem, *k* ſi ſe læſos probare poſſunt, liberantur: quod Juſtinianus Imp. in Caſu Legis Properandum. C. de Judiciis. tum demum admittit, in quantum ad damnum, quod deſidiâ Tutorum vel Curatorum contraxerunt, reſarciendum horum bona non ſufficiunt. Quod beneficium reſtitutionis, Grotius * denegat Regibus quà talibus, quia ſit civile: Unde ad id quod Eduardus III. Angliæ Rex negabat, ſe fœdere teneri, quod ſe minore cum Scotis ictum erat; reſpondet Albericus Gentilis, * non eum eſſe minorem, qui jure Regnandi aptus regno eſt, & muneribus regni. Verùm cum reſtitutio non in ſe, ſed ſaltem ratione modi, qui hîc in definitione ætatis conſiſtit, juris civilis ſit, cùm naturalem æquitatem in Edicto de minoribus Prætorem ſecutum eſſe enunciet Ulpianum; ſi ſupponatur caſus, quo intra ætatem jure regni minorennem, ex ætatis occaſione læſus ſit: ex ſententia Conringii * ob evidentem æquitatem nec in Rege, ex jure, quod ipſe agnoſcit, reſtitutionis beneficio uti abſurdum putamus. In actibus Regis non regiis, ſed cum privatis initis, concedere videtur Grotius reſtitutionem ex jure Civili; Verùm cum Rex civiliter & ſuo jure obligatus non ſit, illo jure quoque nec reſtitutione indigebit; naturalis autem, ſi quæ adſit, obligatio, naturali jure reſtituendus erit. Si tamen

d *Pr. I. de Auct. tut. §. 9. de Inutil. ſtip.*

e *L. 41. D. de Cond. indeb. L. 59. de O. & A. L. 3. C. de integr. reſt.*

f *L. 1. §. 15. Depoſ.*

g *L. 127. de O. & A.*

h *L. 5 pr. de Auct. tut.*

i *Vid. Bach. de Act. Diſp. 2. th. 18.*

k *t. t. de Minorib. L. 5. & fin. C. Si Tutor vel Curat.*

* *II, 14, 1.*

* *de Iur. bell. l. 3. c. 14.*

L. 1. pr. de Minor.

* *de Finib. Imper. c. 19. pag. 370. ſeq.*

Vid. Grot. II, 17, 17.

tamen Rex jure à ſe lato quoq; uti velit, & ſecundum id reſtitui, id in hypotheſi, quaſi indignum Majeſtate, denegat Bodinus, * moremque Galliæ adducit, quo Reges illorum, etiam infantes, nunquam ætatis beneficio reſtituuntur, ſed in omnibus majores judicantur. Quod autem ſubjungit de Republica ex L. 3. C. de jure Reipublicæ ibi quidem dormitavit de Republica ſcribens, dum non attendit, Rempublicam ibi ſubjectam Civitatem & Municipium * denotare, quorum res abuſivè publicæ dicuntur, & privatorum ergò jure gaudentes, tanquam minores reſtituuntur ex Lege.

XXIV. Ex delicto in ſe commiſſo delinquentem efficaciter obligat omnis, qui non volens injuriam patitur; quod in dubio nemo videbitur velle, cùm natura lædi abhorreat. Infans ergò, & illi proximus, eo gravius offenditur, & læditur, quo magis innocens & inermis ætas ab offenſionibus aliorum remota, contrà verò tuitionibus aliorum indigens eſt. Inde benè Ulpianus, poſtquàm dixiſſet, ***Impuberes doli non capaces pati injuriam ſolere, non facere***, addit mox, ***pati quis injuriam, etiamſi non ſentiat poteſt.*** Senſum autem infantilis injuriæ ſuſtinet ratio communis, & legis, magis hanc æſtimans, ob ſævius inferentis vitium. Itaque homicidium Infanti attentatum (ut communem Dd. ſenſum retineamus) piaculum, * non ſimplex homicidium dicitur. Et ſtuprum impuberi ætati inferens, ſi violentum fit, capite quoque punitur. * Ex delicto obligari etiam videntur Jure Saxon. Infantes, quod Wergeldum exigit, ſi contingat hominem ab eo occidi, vel mutilari. verba ita habent: * Erſchlägt ein Kind einen Mann / oder lähmet es einen / ſein Vormund ſoll das beſſern mit jenes Wehrgeld / ob es auff das Kind gebracht wird. Sed rectè Carpzovius * monet, vocabulum Infantis ibi ad ejusmodi impuberes reſtringendum, qui doli ſint capaces. Ita in Legibus Longobardicis non infrequens eſt, ut Infantes dicantur omnes, qui infra legitimam ætatem, i. e. XVIII. annos ſunt. Ergo ex delicto, quod Lex Reipubl. notat & punit, * obligari dicimus ſolam illam ætatem, quæ doli capax habetur, licet culpa ad delictum ſufficiat. * de qua ſuperiùs jam egimus part. II. cap. IV. Sunt tamen quædam delictorum, quæ nec omnem ejusmodi ætatem admittunt, interdum & alienam addunt, quorũ, citra ordinis ſtudium, aliqua ſaltem obiter damus.

* *de Republ. lib. 1. c. 8.*

* *Vid. L. fin. d. t. L. 15. de V. S. L. 4. C. quib. ex cauſ. majores.*

L. 3. §. 1. & 2. de injur.

* *L. 8. C. ad L. Corn. de Sicar.*

vid. Carpz. *qu. 24. n. 33. ſeqq.*

* Carpz. *Pr. Crim. qu. 75. n. 27. ſeqq.*

* Landr. *l. 2. art. 65.*

* *Tr. crim. qu. 143. n. 16.*

* *vid. L. 3. §. 1. de injur. Vid. L. 14. §. 14. D de Religioſ. L. 3. in fin. D. de Concubin.*

* *L. 5 §. 2. ad* L. *Aquil.*

gnita imbecillitas, efficiendis rebus intempeſtiva eſt, cum ne ſibi quidem ſufficiat; ſatius autem eſt, ***adminiſtrationibus non peccaturos præficere, quàm damnare, cùm peccarint.***

Tac. *d. l. n.* 5.

VIII. In Magiſtratibus legendis naturaliter tempeſtivitatem ætatis inſinuari ſcribit Ariſtoteles, pro diverſitate munio- rum. Tacitus quidem, ***apud majores,*** inquit, ***cunctis Civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: ac ne quidem ætas diſtinguebatur, quin primâ juventâ conſulatum ac dictaturas inirent.*** Cujus rationem pro præſente ſtatu approbat Machiavellus.* Deinceps tamen, ***annariæ Leges*** introductæ, quibus definitum ***quot annos nati quemque magiſtratum peterent caperentvé.*** Inde licet ambitionibus limites fuerint poſiti, tamen & ***magna ſæpe indolem virtutis, priusquam Reipub. prodeſſe poſſet, exſtinctam fuiſſe***, queritur in tempore Cicero. Solon omnem ***Juvenem, quantumvus ſapientiâ præſtantem***, Senatu arcebat: ob opinionem vulgi, qui rarò juvenes ſapientes æſtimet. Impuberem omnibus officiis Civilibus abſtinere jubet Ulpianus. * Idemque * ante XXV. annum ad reipubl. adminiſtrationem neminem admitti, niſi ex cauſa, tradit: ac illam ætatem in hâc materiâ ***juſtam*** * dicit. Iſta tamen ad Provincias & Municipia pertinere videntur. In Urbe ſingulis ferè Magiſtratibus ſua ætas deſcripta, aliaque Quæſtoria, alia Conſularis, alia Senatoria, Equeſtris &c. erat. ***Anno*** tamen ***ſexageſimo lex Senatorem non citat***, inquit Seneca. *

7. *Polit.* 9. *An* 11, 22, 6.
* 1. *Diſp. ad Liv.* 60.
Liv. *lib.* 40.
Philip. 5.
Bodin. 3. *de Republ.* 1.
* *L.* 2. *§.* 1. *de R. l.*
* *L.* 8. *de Munerib.*
* *L.* 2. *pr. de Vacat mun.*
vid Dio Caſſius *lib.* 52.

* Lipſ. *tract. poſth. de Magiſtrat. pop. Rom.* * Gruchus *de Comit. Rom. l.* 1. *c.* 3. * *de Brevit. vit. c. ult.*

IX. Judex Romæ alius erat à Magiſtratu, * à quo demùm dabatur. & officium ejus pertinebat ad munera publica, * ad quod invitus cogi poterat, ſi XXV annis fuiſſet major. * Spontè tamen & intra iſtam ætatem judicare poterat, modò non minor eſſet octodecim annorum. * Atque ex his Aſſeſſoris ſui, ſeu Judicialis Conſiliarii, ætatis tempeſtivitatem definit (an æquo per omnia modo, dubitamus) Antonius Winterus peculiari tr. de Aſſeſſore. *

X. Circa Bellum ***Militaris ætas**** attenditur, Romæ quidem, ex conſtitutione Servii Tullii Regis ab ſeptimo decimo anno: intra

* *Vid.* Vultej. *de Iudic. l.* 1. *c.* 4 *n.* 5. *ſeqq.*
* *L.* 78. *de Iudic.*
* *arg. L.* 31. *De Recept. qui arbitr.*
* *l.* 57 *D. de Re judicat.*
* *p.* 1 *c.* 5 *n.* 13. *ſeqq.*
* Gell *X*, 28.

intra quam, cum Octavius decimum fortè & ſextum annum ageret, *expers belli propter ætatem* dicitur Suetonio. Qui verò Militum vicena ſtipendia fecerant, Veterani erant, & honeſtam miſſionem conſequebantur. *a* De delectu militum ex ætate, brevibus, ſed graviter agit Lipſius *b* in Politicis.

XI. In iis quæ juſto bello licent, ætati imbecilli crudelitatem defendere *c* exigunt quædam gentium Jura. Et *certum eſt*, inquit Florus, * *ad profligandam provinciam maximè profeciſſe ſingularem Scipionis ſanctitatem: quippe qui captivos pueros puellasve præcipuæ pulchritudinis barbaris reſtituerit.* Tale in conſtitutione Imperii de ſtipendiis Equitum: * Es ſol keiner alte Leute/ Prieſter oder Weibsbilder/ die auff keiner Wehr gefunden werden/ deßgleichen unmündige Kinder zu tode ſchlagen/ bey Straffe Leibs und Lebens. Obſides, in ſecuritatem pactionis accipiuntur etiam impuberes, *d* prout accipiens, ſi ejus ſit arbitrii, commodum ſibi eſſe videt.

XII. Pacis & belli commercia agunt ſummæ poteſtates per Legatos. Hos ætas quoque idoneos facit. Sanè Romani Carthaginenſium Legatos, *conſpectis ætatibus e* dignitatibusque admittunt, quaſi decoram ætatem Legatorum, ad ſuam æſtimarent dignitatem. Et magis commovent majores natu Viri à S. P. Q. R. ad Jugurtham repetitâ Legatione miſſi, *f* quàm antè tres Adoleſcentes, unde non adeò ſerium Romanorum animum ſibi fortè fingebat. Deinde præter auctoritatem, cauta omninò ætas hîc requiritur, & ſui potens, *g* ne temeritate aliqua impingat, cùm & decus & utilitas mittentis in illo negocio verſetur.

XIII. De Subditorum & Civium ætate nunc deſpiciendum. Ariſtoteles, dum Civem ſuum omnia civilia munia perfectè obire vult, & Pueros & Senes non propriè appellari Cives dicit: Illos quidem, cum ſint imperfecti adhuc; hos verò, quoniam vacationem à muneribus habent, & jàm ſunt defecti. Illos tamen, à Civibus natos, Cicero *h* vocat *deſignatos reipubl. cives*: & Plinius, *i* *futurum populum, parvulosque cives.* Et Athenis quidem in Cives ſcribebantur anno ætatis vigeſimo. Romæ fortè poſt ſumtam virilem togam. Apud antiquos Germanos quan

Auguſt. c. 8.

a *L. 9. C. quando provoc. non eſt neceſſ.*

b *lib. 5. c. 12. n. 16. ſeqq.*

c Grot. *de I. B. III, 11, 9.*

* *II, 6, 40.*

* Reuter-beſtall. *de anno 1570. art. 70.*

d *Vid.* Schilter *de Iure Obſ. c. 3. n. 9.*

e Liv. *XXX. 42.*

f Saluſt *bello Iugurth.*

g von Stöcken/ *de Iure Legation th. 4. lit E.*

3. Polit. 1.

h *Orat. pro A. Cluent.*

i *Panegyr. c. 26. n. 1. & 7.*

doćtumque armis quis aptus erat, pro Cive reputabatur. *Sed arma ſumere non antè cuiquam moris, quàm Civitas ſuffecturum probaverit. Tum in ipſo concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameâque juvenem ornat. hæc apud illos toga, hic primus Juventæ honos. ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ.* Hodiè Homagia, quibus ſubjectio & obſequium civile promittitur, præſtantur ab his qui ſui juris ſunt, ſi vel proprios lares ſibi conſtituant, vel ubi majores fiunt: atque ex eo veri Cives cenſentur, tam Originarii, quàm adlecti.

Tacit. *Germ.* 19 2. *ſeqq.*

Vid. Ritter. *de Homag. c.* 5. *& aliis.*

XIV. Civis quicunque eſt, Juribus civilibus quoque fruitur, ac munera oneraq; Civitatis ſubire tenetur. His maximam partem inſervit *cenſus*, in quo *ætatem ſignificare neceſſe eſt*, ut inquit Ulpianus; nam, *quibusdam*, ex more recepto, *ætas tribuit, ne tributo onerentur: ut in Syriis à pubertate, ad ſexageſimum quintum annum tributo capitis obligantur.* Id tamen in aliis patrimonialibus *a* muneribus vix locum habebit. Perſonalium munerum neceſſitas incipit regulariter cum majorennitate. *b* Ubi tamen ſolus honor, ſine adminiſtratione, ſpectatur, etiam impubes *c* muneris capax eſt, & Infans. *d* Senes verò quomodo immunes ſint, docet Cicero *e* in perſona Catonis Majoris: *Legibus & inſtitutis vacat ætas noſtra muneribus iis, quæ non poſſunt ſine viribus ſuſtineri.* cui ferè reſpondet Calliſtratus *f* ex diſtinctione negocii. Id tamen reſtringitur ad ſuſcipienda demùm munera *g* civilia ut ab iis vel quinquaginta, vel quinq; ampliùs annos natus ſe excuſare poſſit, nam à ſuſcepto munere, nec ſeptuagenario major liberatur. *h*

L. 3. *pr. de Cenſib.*

a *L.* 6. § 4. *de Munerib. L.* 7 *C. de Muner. patrim.* Tabor. *de Ætat. pag.* 267. *ſeq.*
b *L.* 11. *D. de Decur. L.* 8. *D. de Muner.*
c *L. fin. C. de Milit. teſt.*
d *L.* 1. *C. de Munerib. nō continuand.* e *de Senect. c.* 34. f *L.* 5. *pr. de Iure immun.* g L. 2. *§. f. D. de Decurion. L. fin. C. qui ætat. ſe excuſ.* Tabor. *d. l. n.* 4. *&* 9
h *L.* 2. *§.* 1. *& L.* 8. *D. de Vacat. muner.*

XV. Tutela ſuo modo etiam publicum munus eſt: atque inde in Civitate, ſine juſtâ excuſatione, nulli, cui illa rectè delata, immunitas ejus præſtatur. Deferri autem non poteſt tutela minori XXV. *i* annis, de Jure Civili: (nam ſubeſt condicio, *ſi major factus fuerit*, ſi in teſtamento *k* minori defertur) Septuagenario autem major ab iſto munere tutelæ, ſi hoc tempore ei deferatur, excuſare ſe poteſt. *l*

i §. 13 *I. de Excuſ. tut. L fin. C. de Legit. tut.*
k §. 2. *I. qui Teſt. tut. dare poſſ.*
l *d.* §. 13. *I. de Excuſ. tut. L.* 2. *D. eod.*

XVI.

XVI. Aliter ſe res habet in tutela Regis & Principis, quæ uti in tuitione maximè publicæ perſonæ occupatur, ita verè publicum munus eſt, quod extra Regnum alii delatum, ex gentium Jure committitur & ſuſcipitur ad eam ætatem, quæ eo jure rebus gerendis apta eſt. Ubi verò Lege Regni perpetuâ, vel ex procerum populive arbitrio intra regnum Tutela Principis committitur, ex Jure Civili publico res dijudicatur.

XVII. De Electorali tutore in Imperio noſtro controverſum eſt, an illi ad munus id ſubeundum ſufficiat Electoralis ſingulari lege conſtituta ætas, octodecim annorum; an ex communi jure legitima ætas requiratur. Prius cenſuit Arniſæus: cui in caſu neceſſitatis, facilè ſubſcribimus, ita tamen, ut auctoritate & decreto Imperiali ſit opus; * quod & in aliis Principibus ac Statibus locum habere poteſt. Poſterius tamen regulariter obtinet, cum nihil ſpecialiter de tutore ſit mutatum in Lege.*

not. ad Bullam Sigism. in fin.
** Carpzov. V. 1. Reſp. 41. n. 50. ſeqq.*
** arg. L. 27. C. de teſtam. Buxtorf. ad A. B. th. 86. lit. C.*

Caput III.

De Tempeſtivitate ætatis in actibus, qui Singulos reſpiciunt.

I. Tempeſtivitas ætatis ratione Societatis Conjugalis.
II. Tempeſtivitas ad Sponſalia.
III. ad Nuptias ſ. Matrimonium contrahendum, ratione termini à quo,
IV. ratione termini ad quem.
V. Tempeſtivitas ætatis ratione ſocietatis herilis.
VI. Tempeſtivitas ratione Societatis Paternæ.
VII. Tempeſtivitas in Adoptione.
VIII. de Unione prolium.
IX. de alimentis, liberis, & parentibus debitis.
X. de Educatione.
XI. de Grammatica *& linguis Filiis Electorum Principum addiſcendis ex lege A. B.*
XII. Tempeſtivitas filiorumfam. acquirendi omnia Patri:

Patri: de PeculioCaſtrenſi.
XIII. de Peculio Adventio, Regulari, Irregulari.
XIV. de Peculio Profectitio.
XV. de Emancipatione.
XVI. Tempeſtivitas ætatis Patrisfam.
XVII. de Pupillis.
XVIII. de Adultis.
XIX. An Infans habeat dominium.
XX. de tempeſtivitate Infantum & aliorumq́ Minorennium ad acquiſitionem.
XXI. Tempeſtivitas ad alienandum inter vivos:
XXII. mortis cauſâ.
XXIII. Tempeſtivitas ad Obligationes:
XXIV. Tempeſtivitas ad Delicta:
XXV. in Judiciis.
XXVI. ad Condemnationem & Pœnas.

I.

IN Singulorum actibus tempeſtivitas ætatis prima eſt, quæ nuptias Conjugalemque Societatem reſpicit. Sine hac enim nulla futura eſſet Civitas, nulla civilis ætatis tempeſtivitas. Præcedunt autem Conjugium Sponſalia, quibus ob futuri matrimonii promiſſionem, animi ſponſorum præparantur & diſponuntur ad iſtos affectus, qui deinceps tantam amicitiam decent.

Ameſ. *de Conſ sent. l.* 5. *c.* 36. *n* 2.

II. *In Sponſalibus contrahendis, ætas contrahentium definita non eſt*, inquit Modeſtinus. interim *a primordio ætatis effici poſſe ſponſalia, modò id fieri ab utraque perſona intelligatur*, concludit idem, & explicat, *ſi non ſint minores ſeptem annis.* Quâ parte diſpenſationi principali tamen locum reliquit Leo *a* Imperator: & ſupplemento per malitiam gloſſa in c. Juvenis X. de Sponſal. & matrim. *b* Quod autem de C. Octavio Auguſto refert Suetonius *c* illum *tempus ſponſas habendi coarctaſſe*; & Dio *d* ſcribit Auguſtum conſtituiſſe, *ne pactio aliqua nuptialis rata eſſet, ubi ultra biennium nuptiæ eſſent differendæ, i. e. ut omnino ſponſa decem annos nata eſſet:* id ad effectum Legis Juliæ & Papiæ pertinet, quem diuturnis ſponſalibus eludere tentabant Ro-

L. 14. *D. de Sponſal.*

a *Nov.* 109.
b Covarr. *de Sponſal. c.* 2. *n.* 1. Caniſ. *ad d. c Iuvenis. n.* 2
c *Auguſt c.* 34.
d *lib.* 54. *in actis an.* 736.

Romani. *e* Effectus autem Sponſaliorum intra pubertatis annos contractorum eſt, quod actui condicionem imprimant, eumque ſuſpendant ad pubertatis tempus, ante quod reſilire non datur: eo tamen exiſtente is, qui impubes ſponſalia inierat, actis aut purè conſentire, aut re integrâ, contradicere poteſt. *f* Alia ex his quoque arcanæ rationes pro oportunitate exſtruunt. Agrippina jam Claudii conjux, *deſpondere Octaviam Domitio* à Claudio obtinet, *quod ætati utriusque non abſurdum, & majora patefactu-rum erat.* nam & mox artificio matris *ſponſus jam & gener Domitius æquari Britannico.* *g* denique etiam *Domitium filio antepont Claudius.* *h*

e Iacob. Gothofr. *ad L. Iul. & Pap. c. 3.* Vid. L. 17. *D. de Sponſal.*
f *C. 1. cauſ. 30. qu. 2. c. 6. 7. 8. X. de Deſp. impub. c. un. d. t. in 6.* Carpz. *Ipr.* *Conſiſt. lib. 2. d. 174. n. 5.* g *Tac. A. 12. 9. ſeq.* h *Tac. d. l. c. 25, 3.*

III. Ad perfectam Civitatem, qualem concipit Ariſtoteles, egregiè facit ejusdem ætas, quam tempeſtivam ad Nuptias ex omnibus cauſis inter ſe collatis computat. Mari enim deſtinat annum circiter XXXVII., feminæ verò XVIII. Atque hæc ad juſtum probumque finem rectè collimant. Cum tamen concupiſcentiæ humanæ vel hîc potiſſimum exorbitent, fine alio, quem & indigitat Apoſtolus, * Legislatores nuptiarum ætatem ex naturæ potentiis & ipſis Pubertatis annis definiunt: *i* qui tamen Jure Can., *k* ſi quâ fortè generandi vis ante illos adſit, malitiâ ſupplentur. Recenſentur hîc promiſcuè autoribus multa exempla qui pueri adhuc, generarint; & inter illos etiam referunt Salomonem, ex quo nono vel decimo ætatis anno Roboamus natus ſit; impoſuerunt Judaicæ iſtæ fabulæ etiam D. Hieronymo, *l* cauſam fortè addente loco *in 1. Reg. 3, 7.* * De Germanis noſtris olim Cæſar *m* meminit, quòd illis *intra annum XX. feminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habitum fuerit rebus.*

7. Polit. 15.
* *1. Cor. VI, 2.*
i *Pr. I. de Nupt.* Vid *L. 4. D. de R. N.*
k *c. 6. & 9. X. de Deſp. imp.*
l Covarr. *de matrim. p. 2. c. 5. n. 7.* Vid Hiſtor. Eccleſ. Goth. *l. 1. c. 2. ſect. 3. n. 29.* * *ſed Vid. c. prae. Verſ. 9.* m *de bell. Gall. lib. 6.*

IV. Lex Papia Sexagenario viro, & feminæ quinquagenariæ, *fibulam*, ut ex Seneca dicit Lactantius, *n* *impoſuit*, nuptiisque ineundis interdixit. Id licet auctum à Tiberio, *o* deinde tamē abrogavit Claudius Imp., in quem ſenſum etiam reſcripſit Juſtinianus. *p* Generandi quidem finem ponit Ariſtoteles mari anno LXX., feminæ L. anno. Sed licet rarum ſit, etiam ultra

n *1. Inſt. 16.*
o Sueton. *Claud. c. 23.*
p *in L. 27. C. de Nupt.*

poteſtate fluit, quâ alimenta patri egeno præſtare tenetur filius: idque, ſi aliter fieri non poteſt, venditione tali in ſervitutem; quâ tamen operæ potius filii, quam ipſe filius, venditæ cenſentur: unde pretii oblatione etiam liberatur. quæ ita examinat & explicat Eichelius ſingulari libro, *de Iure quo naturaliter liberi & Parentes ſibi obſtricti ſunt.* *a* ubi etiam diſquirit, an, & quo jure Lothus filias ſuas nubiles Sodomitis proſtituendas potuerit offerre? *b*

VII. In adoptione, quâ & ipſâ ſocietas hæc paterna contrahitur, tempeſtivitas ætatis, naturæ imitatione, id exigit, ut, cùm adoptandus natus eſſet, Plenam jam pubertatem fuerit aſſecutus adoptans, adeoque Pater præcedat filium non minùs annis XVIII. *c* Deinde, ut ſexagenario minor extraneum in ſuam familiam non inducat, ſi propriis liberis procreandis adhuc ſit potens. *d* In Arrogatione ut Infante major adoptandus ſit, Jus Civile exigere videtur. *e* Impuberis arrogandi aliqualem intempeſtivitatem, ſupplet & ſuſtinet proviſio Juris. *f*

VIII. Unio prolium die Einkindſchafft / quâ liberi diverſi matrimonii, à Parentibus ſecundis nuptiis junctis, quoad filiationis jura uniuntur, & ad eandem quaſi familiam rediguntur; licet ex moribus, in multis adoptionis ſpeciem ferat, tamen quod ad ætatem, *g* nihil cum illa habet commune, ob diſtinctum finem.

IX. Debentur liberis naturaliter *h alimenta*, quæ *qui denegat, necare videtur.* *i* Sed quâ ætate, & ad quam? Lactationem trimis *k* deputant vulgo, per L. 6. C. de Patr. poteſt. reliqua alimenta præſtandi erunt eo usque, donec de propriis ſibi proſpicere poſſint: *l* ſi modò nec aliundè in ætate etiam idoneâ ſuæ rei providere impediantur. *m* Reciproca autem eſt hæc alimentorum obligatio, ut liberi quoque Parentes alant. quod beneficiorum ratio exigit. neque tamen & hîc ætas; ſed indigentia ſpectatur. *n*

a *th. 22 ſeqq. Conf. Grot. de I. B. II, 9. 5.*
b *th. 34 ſeqq.*
c *§. 4. I. de Adopt.* L. 40. *§. 1. D. eod.*
d *L. 15. §. 2. L. 17. §. 2. D. de adopt.*
e *arg. L. 2. pr. de Adopt.*
f *§. 3. I. de Adopt. & ſimil.*
g Rickius ab Arweiler *de Vnion. prol. c. 9. n. 39.*
h Grot. *II, 7. 4.*
i *L. 4. D. de agnoſcend. lib.*
k Cujac. 19. *Obſerv. fin. Carpz. p. 4. c. 27. d. 5. n. 3.*
l *L. 8. §. 5. C. de bon. qua lib.* m *L. 5. §. 7. D. de agnoſc. liber.* Surdus *de alim. tit. 7. qu. 6. pr.* n *L. 5. pr. §. 1. 2. 15. D. de agnoſc. lib. d. L. 8. §. 5. C. de bon. qua lib.*

X. Præter alimenta dignum in educanda prole ſtudium adhibere debent Parentes. nam & ad hoc imploratione officii Judi-

cis

cis adigi *a* poſſunt. De his quædam diſſerit Ariſtoteles 7. Polit. 17. alia; & graviſſimè auctor Dialogi de Oratoribus, qui Tacito vulgo inſcribitur. *b* ubi morem imprimis antiquorum Romanorum laudat, quo *eligebatur aliqua major natu propinqua, cujus probatis ſpectatisque moribus omnis familiæ cujuspiam ſoboles committeretur, coram quâ neque dicere fas erat, quod turpe dictu neque facere, quod inhoneſtum factu videretur &c.* Cuique autem ætati deputarunt Sapientes ſtudium aliquod, quo præparetur animus diſcentis ad ſequentes annos. *Nero puerilibus ſtatim annis vividum animum* in alia *detorſit, calare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere.* ſed neglectâ eloquentiâ, ubi jam Princeps oratione, alieno cultu perpolitâ, verba faceret, adnotabant prudentiores, *primum ex iis qui rerum potiti eſſent, Neronem alienæ facundiæ eguiſſe.*

XI. Hoc loco annotamus, quod in Aurea Bulla Carolina de Principum Electorum filiis ſtatutum, ut in Grammatica, (quam lectionem ex Authentico probat, & *latinæ linguæ*, non artem & præcepta, ſed *uſum*, eo vocabulo indigitari evincit Marqu. Freherus) Italicâ, ac Slavicâ linguis inſtruantur, quo à ſeptimo incipiendo ætatis anno, infra quartum decimum annum exiſtant in talibus eruditi. In quæ plura obſervant Doctores, & noviſſimè Limnæus.

XII. Dum liberi ſub patria poteſtate degunt omnia parenti acquirunt. *a* Hinc etiam ſi ex juſſu Patris Infantiæ proximus adierit hereditatem, patri acquirit. *b* Id tamen pro diverſitate peculiorum, quæ filiifam. à rationibus parentum jure habent ſeparata, variat. *Caſtrenſe* quidem Peculium, quod filiofam. occaſione militiæ ſagatæ; *c* aut *quaſi Caſtrenſe*, occaſione militiæ togatæ *d* acquiſitum eſt, pleno jure à rationibus paternis habet ſeparatum, inque eò pro patrefam. habetur. *e* Iſta tamen peculia habere demùm poſſe filiusfam. in ætate militari, ſeu poſt XVII. *f* annum ætatis, videtur ex rationibus juris.

XIII. *Adventitium peculium*, quod filiofamilias extra militiæ

a L. 5. §. 12. *de agnoſc. lib.*
b c. 28. ſeqq.
Tac. *A.* 13, & 7.
A. l. 3, 4.
cap. ult.
Comment. ad d. c. ult.
ad A. B. d. c. ult.
a §. 1. *I. Per quas Perſ. cuique acquir.*
b L. 8. §. 1. *de A. vel O. H.*
c L. 1. *C. de Caſtr. pecul.*
d Pr. *I. qui nō eſt permiſſ. fac. teſt.*
e §. *fin. I. de Milit. teſt.* L. *fin. pr. C. de inoff. teſt.* *f* *arg.* L. 1. §. 3. *D. de Poſtul.* Gell. *N. A.* X, 28. vid. tamen *L. fin. C. de Milit. teſtam.*
§ 1. *per quas perſ. cuique acq.* L. 6. *pr.* L. 8. *pr. C. de bon. qua lib.*

litiæ cauſam, aliunde, non ex re patris, obvenit; quacunque ætate, etiam infantili; *a* ſiquidem illud *regulare & ordinarium* eſt, tunc filiusfam. nudam ſaltem ejus proprietatem ſibi ſeparatim habet, Pater verò, vi poteſtatis patriæ, uſumfructum † (niſi ipſa obventio in uſufructu ſaltem conſiſtat, vid. L. fin. C. de Uſufr.) cum libera & pleniſſima adminiſtratione, *b* etiamſi filius ſit perfectæ ætatis. *c* Si vero hoc peculium ſit *irregulare*, tunc filiusfam. plenum jus, & ſi perfectæ eſt ætatis, liberam ejus habet diſpoſitionem *d* (exceptâ teſtamentaria arg. §. 2. I. quib. non eſt perm. fac. teſt.) In imperfecta filii ætate, Pater, ſi aliunde filio conſtitutus Curator non eſt, & ipſe vult, bona iſta adminiſtrare poteſt, *e*

XIV. *Profectitium* peculium, quod citra militiæ cauſam ex re patris vel ejus occaſione profectum, *f* ſaltem adminiſtrat filius, etiam impubes; *g* Pater pleno jure habet, & quandocunque libuerit, adimere filio poteſt. *b*

XV. Emancipatione ſolvitur Patria poteſtas: quâ quidem non perimuntur naturalia jura, ſed illud ſaltem præſtatur, ut filio propriam habere familiam liceat. Ad hanc omnis ætas eſt tempeſtiva, quâ filius conſenſum ſuum declarare poteſt, quem tamen in Infantibus ſolennitas actûs ſupplet *i*

XVI. Sic ergo Pater & Princeps familiæ *k* factus quocunque modo, in domo dominium habet, eique imperat; propter ætatem etiam diverſimodè. Nam vocabulo Patrisfamilias potiſſimum Jus demonſtratur, *l* cujus pleno exercitio demùm Majorennes tempeſtivi ſunt.

XVII. Minores autem vel Puberes, vel Impuberes ſunt. Hi propriè hîc vocantur Pupilli, qui ſub moderatoriâ poteſtate Tutorum degunt, nondum enim ex infantili, vel pueríli imbecillitate rebus ſuis præeſſe poſſunt: cùm & adultis pleriſque privatam ***domum ſuam coërcere haud minus arduum ſit, quàm provinciam regere.***

XVIII. Puberes facti Adoleſcentes pleriſque exercendis de Jure Civili tempeſtivi *a* quidem ſunt: ſi tamen rationes *b* à Tutoribus de geſto officio; aut à Debitoribus ſolutum *c* accipere; vel

a *d.* L. *8.* §. *fin. C. dot.*
† *d.* §. *1.* *d.* L. *6. pr.*
b L. *1.* C. *de bon. matern.* L. *6.* §. *2. de bon. qua lib.*
c L. *8.* §. *3. de bon. qua lib.*
d *N.* 117. *c.* 2. §. 1.
e *arg.* L. *fin.* §. *1. Cod. de bon. qua lib.*
f §. *1. per quas perſ. cuiq. acq.*
g L. *1.* §. *4. D. de Pecul.*
h *arg.* L. *4. pr.* L. *8. D. de Pecul.*
i L. *5. C. de Emanc. lib.*
k L. 195. §. 2. L. 196. *pr. de V. S.*
l *d.* L. 195. §. 2.
L. *239. de V. S.*
Tacit. *Agr.* 19, 2.
a *arg.* §. *2. I. de Curat.* L. *2.* §. *fin. D. qui pet. tut.*
b L. *7. C. qui pet. tut.* c L. *7.* § *2. de Minor.*

vel in Judicio agere *d* velint, Curatores habere coguntur. Atque ſi etiam in aliis Curatorem petierint, & acceperint, tum verò, dum durat adoleſcentia, adminiſtratio illis non committitur, licet benè rem ſuam gerentibus. *e* Jure autem Imperii moderno Magiſtratus ex Officio invitis quoque Adoleſcentibus dat Curatores per Rec. Imp. de anno 1548 & 1577. tit. 32.

d §. 2. *I. de Curat.* L. 2. *C. qui legit. perſ. ſtand. in jud.*
e L. 1. *§. fin. D. de Minorib.*

XIX. Totum autem Jus cujusque Patrisfamilias conſideratur aut quemadmodum quid ejus fit, aut quemadmodum rem ſuam conſervat, aut quemadmodum alienat & amittit, dicente Ulpiano. Nos ſaltem in transcurſu, circa hæc tempeſtivitatem ætatis conſiderabimus. Acquiſitio ergò rerum iſti demùm ætati competere videtur, quâ homo animo & voluntate pollet, adeoque intellectum & affectionem rei habet. Verùm cum Jus illud, quod Societatem dirigit, æquè Infantes, & illi proximos, membra agnoſcat; inde ſubvenit illis, ſuppletque defectum ætatis, ut verè acquirant, ne interim id, quod infanti quomodocunque obvenit, ab aliis injuſtè occupetur, aut dominia rerum, quæ ex naturæ jure fluunt, aliquando eſſe non poſſint, quod contra naturam eſt. Hinc non tantum ex jure gentium, quod Grotius exiſtimat, id deducitur, ſed ex ipſo Jure naturæ, quod etiam Jus Civile, quamvis variâ ſub ratione, agnoſcit. Atque hoc quidem aliquo caſu etiam ſolam infantilem ætatem tempeſtivam habet ſine juris ſupplemento, ita ut Infanti rei donatæ vacua poſſeſſio tradita corpore quæratur: *a* imprimis ſi res talis ſit, *b* ad quam Infans habere poſſit affectionem. Pupillus infante major, *c* omnem poſſeſſionem acquirit, ſine ſupplemento; & ſi affectionem & animum habet, per poſſeſſionem etiam dominium. *d* Ubi tamen periculum obligationis ſubeſt acquiſitioni, *e* ut eſt in hereditate, *f* ibi tum pupilli, tum adoleſcentes qui Curatorem habent, ſine Tutorio aut Curatorio ſupplemento intempeſtivi ſunt.

in L. *fin. D. de* LL.
l. 2, 3, 6.

a L. 3. *C. de Acquir. poſſ.*
b Bach. *ad Tr. V* 2. *D.* 21. *th.* 3. *lit. A.*
c *§.* 2 *I. Quib. alien. lic.*
c L. 32. *§. fin. D. de Acquir. Poſſ.*
d L. 4. *§.* 2. *D. de Vſurp. & Vſuc.* e *arg. pr. I. de Auct. tut* f *§.* 2. *I. de Auct. tut* L. 9. *§.* 3. *D. eod.*

XX. Sic ergo conſtat Infantem etiam habere dominium, eo ſcilicet modo, quo acquirit. Itaque Infans quoque habet dominium,

minium, non ſaltem ex ſupplemento Juris gentium; ſed verè etiam de Jure naturæ. nam quicquid ex dominio habent, illud plenè habet, ita ut eo ipſo alterius id non ſit. Dominium autem (quod hîc latiùs pro omni Jure in re accipimus) eſt illud jus quo res noſtra eſt: à quo uſus juris adhuc alius eſt, quem etiam tamen plenum habet Infans, alio ſaltem dirigente.

Vid. Grot. II, 3, 6. ibi Felden.

XXI. In alienationibus tempeſtivitas ætatis conſideratur vel in actibus inter vivos, vel mortis cauſa. Inter vivos illa demum ætate alienare poſſunt homines, quâ liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habent. Unde cùm illa Minoribus Curatorem habentibus, & Pupillis jure ademta ſit hactenùs, ne ſine auctoritate & conſenſu Tutorum & Curatorum ſuorum alienent, & per hoc conditionem ſuam deteriorem faciant; ſequitur nullo modo, ne quidem ex cauſa neceſſaria, * illos ſolos alienare poſſe, nec dominium, aut aliud jus in re, transferre in accipientem. Qui idem juris effectus eſt etiã, ſi vel Minores ejusmodi & Pupilli, * cum conſenſu Curatorum & auctoritate Tutorum, vel Curatores & Tutores ſoli, vel Minores Curatorem non habentes, aut veniam ætatis adepti, * *immobilia*, & quæ his æquiparantur, ſine Decreti interpoſitione alienaverint. Senectus autem ad donationem faciendam ſola non eſt impedimento, reſcribunt Impp, A. A. Unde quod Menochius (*lib. 6. praeſ. 46. n. 23.*) ſcribit, ***Senex dum donat, donare dicitur mortis cauſa***, per L. 5. D. de M. C. Donat. id intelligit de Senibus, qui adeò gravantur, ut non poſſint ſupereſſe negocio pertractando.

L. 3. *Cod. de integr. reſt.* L. 9. *pr.* §. 1. *D. de Auct. tut.*

* *d.* L. 9. §. 2.

* *t. t. C. de praed. & aliis reb. minor.* L. 3. *Cod. de His qui ven. aetat.*

* V. D Lauterb. *Differt. de alien. rer. qua minor. ſunt.* § *fin. I. quib. alien. lic.*

XXII. In actibus mortis causâ puberes etiam tempeſtivè de rebus ſuis diſponunt, cum ultima voluntas ſemper revocari poſſit: unde valide teſtari, codicillos condere, *a* mortis causâ donare poſſunt. Si tamen donatio m. c. per rei traditionem fiat à Minore Curatorem habente, ipſa quidem, etiamſi Curatoris conſenſus non fuerit adhibitus, donatio valet, ita ut ſecutâ ejus morte plenum ſortiatur effectum; antè tamen nullum in accipienteæ jus transferatur. *b* Senes, quà tales, non inepti teſtamenti factionis ſunt. *c* XXIII.

a L. 5. *ff. qui teſtam. fac.*

b *arg. L. 9.* § 1. & 2. *de Auct. tut. L.* 2. & 29 *D. de mort. donat.* Bach *ad Tr. V. 2. D. 19. th. B. Verſ. donare itaq;* D. Lauterb. *Diſſ de M. C. don. th.* 19. c L. 3. *C. qui teſt fac.*

XXIII. Obligationes, quas nunc ſubjungimus, ex factis licitis in ætate Pupillorum & minorũ qui Curatores habent ita procedunt, ut ipſi alios ſibi efficaciter obſtringant: *d* aliis verò hi regulariter ex ſolitario ſuo facto, ſine ſupplemento Tutoris aut Curatoris ne quidem naturali *e* (tali ſc. quâ Jus Civile agnoſcit) obligatione teneantur: Id tamen ex merâ Juris Civilis diſpoſitione introductum. Hinc ubi æquitatis aliqua ratio ſubeſt, & vel locupletior factus ſit ex iſto contractu ejusmodi ætatis homo, vel dolo ſit verſatus, *f* vel etiam de tertii agatur præjudicio, *g* obligatio tenet; primo tamen caſu non niſi naturaliter obligatur, *h* unde non tam ex iſta obligatione, quàm propter illam ex reſcripto D. Pii oritur contra talem Actio. *i* Cum autoritate Tutorum vel Conſenſu Curatorũ contrahentes Pupilli & minores, vel ſi minorum nomine contrahant Tutores & Curatores, verè & civiliter obligantur minores; unde tamen per in integrum reſtitutionem, *k* ſi ſe læſos probare poſſunt, liberantur: quod Juſtinianus Imp. in Caſu Legis Properandum. C. de Judiciis. tum demum admittit, in quantum ad damnum, quod deſidiâ Tutorum vel Curatorum contraxerunt, reſarciendum horum bona non ſufficiunt. Quod beneficium reſtitutionis, Grotius * denegat Regibus quà talibus, quia ſit civile: Unde ad id quod Eduardus III. Angliæ Rex negabat, ſe fœdere teneri, quod ſe minore cum Scotis ictum erat; reſpondet Albericus Gentilis, * non eum eſſe minorem, qui jure Regnandi aptus regno eſt, & muneribus regni. Verùm cum reſtitutio non in ſe, ſed ſaltem ratione modi, qui hîc in definitione ætatis conſiſtit, juris civilis ſit, cùm naturalem æquitatem in Edicto de minoribus Prætorem ſecutum eſſe enunciet Ulpianum; ſi ſupponatur caſus, quo intra ætatem jure regni minorennem, ex ætatis occaſione læſus ſit: ex ſententia Conringii * ob evidentem æquitatem nec in Rege, ex jure, quod ipſe agnoſcit, reſtitutionis beneficio uti abſurdum putamus. In actibus Regis non regiis, ſed cum privatis initis, concedere videtur Grotius reſtitutionem ex jure Civili; Verùm cum Rex civiliter & ſuo jure obligatus non ſit, illo jure quoque nec reſtitutione indigebit; naturalis autem, ſi quæ adſit, obligatio, naturali jure reſtituendus erit. Si tamen

d *Pr. I. de Auct. tut. §. 9. de Inutil. ſtip.*
e L. 41. *D. de Cond. indeb.* L. 59. *de O. & A. L. 3. C. de integr. reſt.*
f L. 1. §. 15. *Depoſ.*
g L. 127. *de O. & A.*
h L. 5 *pr. de Auct. tut.*
i *Vid.* Bach. *de Act. Diſp. 2. th. 18.*
k *t. t. de Minorib. L. 5. & fin. C. Si Tutor vel Curat.*
* *II, 14, 1.*
* *de Iur. bell. l. 3. c. 14.*
L. 1. *pr. de Minor.*
* *de Finib. Imper. c. 19. pag. 370. ſeq.*
Vid Grot. II, 17, 17.

tamen Rex jure à ſe lato quoq; uti velit, & ſecundum id reſtitui, id in hypotheſi, quaſi indignum Majeſtate, denegat Bodinus, * moremque Galliæ adducit, quo Reges illorum, etiam infantes, nunquam ætatis beneficio reſtituuntur, ſed in omnibus majores judicantur. Quod autem ſubjungit de Republica ex L. 3. C. de jure Reipublicæ ibi quidem dormitavit de Republica ſcribens, dum non attendit, Rempublicam ibi ſubjectam Civitatem & Municipium * denotare, quorum res abuſivè publicæ dicuntur, & privatorum ergò jure gaudentes, tanquam minores reſtituuntur ex Lege.

XXIV. Ex delicto in ſe commiſſo delinquentem efficaciter obligat omnis, qui non volens injuriam patitur; quod in dubio nemo videbitur velle, cùm natura lædi abhorreat. Infans ergò, & illi proximus, eo gravius offenditur, & læditur, quo magis innocens & inermis ætas ab offenſionibus aliorum remota, contrà verò tuitionibus aliorum indigens eſt. Inde benè Ulpianus, poſtquàm dixiſſet, *Impuberes doli non capaces pati injuriam ſolere, non facere*, addit mox, *pati quis injuriam, etiamſi non ſentiat poteſt*. Senſum autem infantilis injuriæ ſuſtinet ratio communis, & legis, magis hanc æſtimans, ob ſævius inferentis vitium. Itaque homicidium Infanti attentatum (ut communem Dd. ſenſum retineamus) piaculum, * non ſimplex homicidium dicitur. Et ſtuprum impuberi ætati inferens, ſi violentum fit, capite quoque punitur. * Ex delicto obligari etiam videntur Jure Saxon. Infantes, quod Wergeldum exigit, ſi contingat hominem ab eo occidi, vel mutilari. verba ita habent: * Erſchlägt ein Kind einen Mann / oder lähmet es einen / ſein Vormund ſoll das beſſern mit jenes Wehrgeld / ob es auff das Kind gebracht wird. Sed rectè Carpzovius * monet, vocabulum Infantis ibi ad ejusmodi impuberes reſtringendum, qui doli ſint capaces. Ita in Legibus Longobardicis non infrequens eſt, ut Infantes dicantur omnes, qui infra legitimam ætatem, i. e. XVIII. annos ſunt. Ergo ex delicto, quod Lex Reipubl. notat & punit, * obligari dicimus ſolam illam ætatem, quæ doli capax habetur, licet culpa ad delictum ſufficiat. * de qua ſuperiùs jam egimus part. II. cap. IV. Sunt tamen quædam delictorum, quæ nec omnem ejusmodi ætatem admittunt, interdum & alienam addunt, quorũ, citra ordinis ſtudium, aliqua ſaltem obiter damus.

* *de Republ. lib. 1. c. 8.*

* *Vid. L. fin. d. t. L. 15. de V. S. L. 4. C. quib. ex cauſ. majores.*

L. 3. §. 1. & 2. de injur.

* *L. 8. C. ad L. Corn. de Sicar.*

vid. Carpz. *qu. 24. n. 33. ſeqq.*

* Carpz. *Pr. Crim. qu. 75. n. 27. ſeqq.*

* Landr. *l. 2. art. 65.*

* *Tr. crim. qu. 143. n. 16.*

* *vid. L. 3. §. 1. de injur. Vid. L. 14. §. 14. D de Religioſ. L. 3. in fin. D. de Concubin.*

* *L. 5 §. 2. ad L. Aquil.*

L. 26. D. de jurejur. *Pejerare*, inquit Paulus JCtus, *pupillus non videtur.* addit rationem, *quia ſciens fallere non videtur.* Nam id in formulis juramentorum erat, ita jurantem teneri SI SCIENS FALLERET. Cic. 4. Acad. qu. 146. Cùm ergò pupillus etiam pubertati proximus, negociorum ignarus per ætatem ſit, non fefelliſſe cenſendus eſt, ſi aliter jurejurando edicat, ac res vel nunc eſt, vel futura eſt. Quod tamen intelligimus de reſpectu jurisjurandi ad hominem tantùm, quatenùs ille ex fide jurata non ſervata læditur, quomodò omne perjurium in Civitate conſideratur. Ceterùm in reſpectu ad Deum, quatenùs juſtitia Dei in jurejurando invocata (quod hodiè in ſolennibus juramentis fit) malitioſè contemnitur, non æſtimatur quidem perjurium in foro humano, ſed Deo vindicandum relinquitur: L. 2. C Reb. cred. & jurejur. interim hoc reſpectu Impuberem etiam, pubertatem verſus tendentem, perjurum fieri non dubitamus: cùm rationis uſum jam habeat, quo mediante Deum religione invocatum, levitate deſtituendum non eſſe, facile concludere poterat. quod Franzkius ſenſiſſe videtur. II. Reſol. 5. 70.

In Majeſtatis crimine intempeſtiva etiam ætas propter alienum delictum ad maturitatem reatus trahitur, prout fert vel furor populi, vel libido judicantium. ut crimen, quod temporibus Tiberii *omnium accuſationum complementum* fuiſſe dicit Tacitus, A. 3, 38, 1. nos ad ætatis ſupplementum referre poſſemus. Eſt autem Majeſtatis Crimen vel *Perduellio*, quâ directè in perniciem ſummæ Poteſtatis & Reipubl. hoſtilia quis molitur; eaque *tum* verè talis, *tum* Plaſtica ſeu ficta perduellio. L. fin. in fin D ad L. Iul. Majeſt. Vel eſt *Crimen majeſtatis*, quod generis nomen retinet, quo talia peraguntur, quo indirectè ſaltem aut *læſâ veneratione*, aut læſâ *auctoritate majeſtaticâ*, ſumma poteſtas violatur. quæ ita doctè diſtinguit Jacobus Gothofredus in peculiari de hâc re libro. Diſcurs. ad L. quisquis. C ad L. Iul. Maj.

Perduellionis veræ, in Caput Principis initæ, pœnarum genera nusquàm in Jure Romano ſpecialiter deſcripta eſſe obſervat laudatus Gothofredus. c. 5. in fin. Videtur tamen gentium more invaluiſſe, ut liberi criminoſorum in delicta parentum inſererentur. Quo reſpexit ſine dubio Sacræ hiſtoriæ enarrator in II. Reg. XIV, 6. tanquam, contra morem aliorum, moderationem Amaziæ Regis commendans. Nobis nunc ſufficiet ad noſtrum inſti-

inſtitutum exemplum liberorum Sejani, qui filius, & puella rei neſcia, in carcerem portantur & occiduntur, exin obliſis faucibus, *id ætatis corpora* in Gemonias abjecta. De juſtititia iſtius moris inquirit Grotius.

Tac. A. 5, 9, *II*, 21. 12, *ſeqq*

De Perduellione plaſticâ agit tota Lex quisquis. C ad L Jul. Majeſt. quod demonſtrat tum objectum, quod ſunt Conſiſtoriani & Senatores, tum expreſſa verba: utpote *majeſtatis reus*. Hîc liberaliter quidem Arcadius liberis perduellium ejusmodi Imperatoria lenitate vitam concedit, quoad alia tamen in communionem reatûs deiicit fine diſcrimine ætatis.

Conf ibid. Ziegl. *ad* §. 13.

* *§.* 1. *&* 3.

In læſa Veneratione *a* majeſtatica, quò pertinent maledicta *b* in Principem, ſtatuarum *c* principalium dehoneſtamenta, aliaque, nihil peculiare reperimus.

Ad læſam Auctoritatem Majeſtaticam, quâ jura majeſtatica indigno auſu invaduntur & uſurpantur, referimus *falſæ monetæ crimen*, in quo tamen à delicto conſcientiæ eximuntur à Conſtantino *impuberes, quia ætas illorum, quid videat, ignorat. d*

a *vid. L.* 7. *§.* 3. *D. ad L. Iul. Maj.*
b *t.t. C. Si quis Imper. maled.*
c *L.* 6. *L* 7. *§.* 4. *D. Majeſtat.*

Huc etiam pertinet, quod ſacrilegi mores hominem juſtæ jam ætatis, ac manuum armorumque potentem eximunt crimini, quo ſacra Judiciaria poteſtas, propriâ & privatâ injuriarum vindicatione, violatur: tantâ quidem cum veſania, ut debiliori etiam, lædentem ad ulterius ſui ludibrium & injuriæ continuationem, provocandi neceſſitatem imponant, aliter de exiſtimatione periclitaturo. Sed plus in hoc valent mores, licet non boni, quàm bonæ leges. quæ cauſæ horum, nunc inquirere non vacat. Gaudeant interim ejusmodi Majeſtatis jurium invaſores, defendi non tantùm, ſed & juvari ſuam audaciam à divinis Patribus, quos *Moraliſtarum* nunc nomine vulgo laudamus, & admiramur, quorum quidam docent, *licere innocenti in caſibus, ubi vita, honor, aut res familiaris periclitatur, contra eum, qui per calumniam adverſus nos agit, acceptare & offerre duellum; imo & non provocando ad duellum* occidere occultè *actorem calumnioſum, cùm hæc occiſio ſit vera defenſio.* qualia plura oſtendit erudito orbi, quisquis ille ſit, Ludovicus Montaltius in literis Provincialibus de Morali & politica Jeſuitarum diſciplina.

Conf. Tac. A. 1, 73.
d *L.* 2. *C de Falſ. monet.*
e *L.* 1. *d. t.*

Epiſt. VII.

Delicta carnis ea, cum Feldeno, exiſtimamus, quæ oriuntur

Elem. Iur. p. 2. *membr.* 17. *n.*1 *pag.* 295.

tur ex qualibet intemperantia cibi, potûs, veneris. *Vitium ventris & gutturis*, uti in teneram adeò ætatem incidere poſſe vix putamus, ita illud *non modò non minuit ætas hominibus, ſed etiam auget*.

Adulterii crimen demùm *poſt pubertatem incipit*, ait Papinianus. quod amplius explicat Ulpianus; * nam licet minor annis duodecim nupta, niſi expleſſet pubertatem apud virum, non eſt legitima Uxor. Cum tali autem, concubitus viri extranei, conſtituit tantùm Jure Romano * adulterium. Jure ergò Canon. & moribus noſtris aliter ſe res habet. Ariſtoteles † intra generationis tempus, quod ſeptimo ſeptenario annorum definit, Conjugatorum conſuetudinem cum aliis delictum punibile dicit; ultra id tempus ſi rem habeant cum aliis Conjuges adhuc, inter turpia quidem refert, ſed extra pœnam. quia pro ejus ſententia, id tempus non liberorum generationi, ſed voluptatis & ſanitatis rationi tribuendum eſt.

XXV. Judiciorum ratione, quæ ætas poſſit vocari in jus, in Judicio ſtare; poſtulare pro aliis; (ubi tamen Judex providebit, ut exæquetur Partibus auxilium Advocatorum, ne ab una parte conſiſtant omnes, quos meritum aut *vetuſtas* nobiliſſimos fecit; ab alterâ verò adhuc rudes & *tyrones*) qui accuſare, accuſarivé poſſint, notiora ſunt, quàm ut iſtis repetendis hîc ſimus operoſi.

Teſtem M. Seneca adducit puerum quinquennem qui Procuratorem de adulterio cum matrefamilias ſuſpectum, poſtquàm maritus occiſus in cubiculo repertus eſſet, digito monſtravit homicidam. Ejusmodi teſtes, cetera inhabiles, admittunt tamen Dd. * in delictis talibus, quæ difficilis ſunt probationis, non quidem ad plenam probationem, ſed indicium ſaltem aliquod faciendum. Impuberes pubertate proximi, licet in judiciis publicis, *a* à quibus etiam regulariter removentur XX. annis minores, *b* teſtes idonei eſſe non poſſint, in aliis tamen teſtari volentes *c* non prohibentur de jure Civili. De fide autem illis habenda, cenſebit Judex. *d*

In quæſtionibus, quæ per tormenta & cruciatus fiunt, (ad quæ cogit interdum *humana ſocietas neceſſitate judicandi,*) *e uſu obſer-*

Cic. *Orat. pro M. Cælio.* 44.
in L. 36. *D. ad L. Iul. de Adult.*
* *in L.* 13. *§.* 8. *d. t.*
Vid. Anton. Matth. *de Crim. proleg. c.* 2. *n* 4.
* *L.* 34. *§.* 1. *d. t. L.* 101. *pr. de V. S.* *vid. L.* 18. *C. de Adult.*
† 7. *Pol.* 16.
L. 7. *C. de poſtul.*
3. *Contr.* 20.
* Carpz. *qu.* 114. *num.* 35. *ſeqq.* Brunn. *Proceſ. inquiſ. c.* 8. *m.* 2. *n.* 25. *ſeq.*
a *L.* 3. *§.* 5. *de Teſtib.*
b *L.* 20. *de Teſtib.*
c *arg. L.* 19. *§.* 1. *d. t.* L. 26. *pr. de Iurejur.* Bach. *ad Tr. V.* 2. *D.* 5. *th.* 8. *A.* d L. 3. *§.* 1. *de teſtib.* e Auguſtin. *de C. D. XIX*, 6.

obſervari ſolet, inquit Ulpianus *b ut impuberes non torqueantur*, cujus rationem petere licet ex reſcripto D. Pii, quod recenſet Calliſtratus: *c nam ætas, quæ adverſus aſperitatem quæſtionis eos interim tueri videtur, ſuſpectiores quoque eosdem facit ad mentiendi facultatem.* Interim *terreri, & habenâ, vel ferulâ cædi* ſolitos id ætatis homines, teſtatur iterum Ulpianus; *d* quod idem hodiè in pubertati proximis, ſi intellectum rei habeant, concedit, ſed remotâ Carnificis operâ *e* & inſtrumento, Joh. Otto Tabor in ſingulari libro *de Torturis & indiciis.* *f* Idem ſtatuendum de Senibus, & ætate corporeque defectis; *g* (quos tamen non ex annis, ſed corporis, animiq; viribus æſtimandos eſſe monet Carpzovius) *h* ſed & hos, ſi planè decrepiti ſint, æquè ut infantiæ proximos, ne quidem terreri vult Zachias, *i* ob apoplexiæ, quæ terrorem in eâ ætate facile ſequitur, periculum. Minores puberes nullibi quæſtionibus eximuntur, ſed ergo tempeſtivi hîc ſunt, etiam non adhibitis Curatoribus. *k*

b *L. 1. §. 27. de SC. Silan.*
c *in* L. 15. §. 1. *de quaſt.* *L. 10. pr. eod.*
d *d.* L. 1. §. 33.
e *Vid.* Carpz. *qu.* 118. *n* 14.
f *cap.* 5. *n.* 27.
g *arg L. 3. §. 7. D ad SC. Silan.*
h *Pr. Crim. qu* 118 *n.* 40.
i *qu. Medic. legal. lib.* 6. *tit.* 2. *qu.* 2. *n.* 6.
k Carpz. *d. qu.* 118. *n.* 33. Tabor. *d. c.* 5. *n.* 28. *in fin.*

XXVI. Sententiæ dictio & executio, quin contra omnem ætatem, eo modo, quo adverſus illam poteſt agi, fieri poſſit, nullum eſt dubium. Atque hic accuratum officium præſtat Juſtitia, quæ tantum debitum æſtimat & exigit, quantum homo per ætatem, ubi illa reſpectum juſtitiæ meretur, debere poteſt: ubique, moderante jus ſtrictum æquitate, integrum. Si quid ſupra illud erit, ad gratiam & miſerationem refertur; cui movendæ ætas debilior apta eſt.

Debitum ex delicto, pœna eſt: quæ non minus ex omnibus cauſis ad juſtitiæ libramentum examinanda. unde eleganter à Papiniano * *æſtimatio* dicitur. Ætas autem delinquentis ad iſtam æſtimationem * plurimum confert, ſalvâque juſtitiâ ejus conſideratio negligi non poteſt. Infirma ætas licet delinquere poſſit, tantum tamen etiam in ſimili delicto non delinquit, quantum animi firmatus, affectuumq; potens. Unde quod Alexander Imp. reſcribit; *Impunitas delicti propter ætatem non datur*, regulam & ſtrictum jus continet; modum autem pœnæ non deſcribit, qui prudentiæ judicis relinquitur; ita *ne ullo modo rationem excedat.* Nam *ferè in omnibus pœnalibus judiciis ætati ſuccurritur.* Nonnunquam & modum addit Legiſlator, quod in furibus junio-

Vid. Grot. II, 20, 2. *& in not.*
* L. 42. *D. de Pæn.*
* L. 16. § 3. *d. t.*
in L. 7. *C. de Pæn.*
L. 13. *D. de Pæn.*
L. 108. *de R. I.*

art. CLXIV. nioribus egit Carolus V. in ſuâ nemeſi, & explicat Joh. Otto Tabor in Racemationibus definitionum Criminalium. † Mollius tamen loquitur Tryphoninus JCtus, * quòd *miſeratio ætatis* Judicem ad mediocrem pœnam producat. Neque enim in *Iuſtitiæ æſtimatione* extrinſecum aliquid eſt ætas deliquentis, ſed in ipſa cauſa delicti hæret, quam Judex ex valore ſuo taxat, nec, Legis adminiſter, Lege clementior eſſe poteſt.

† analyt. ex. poſ ad d. art. pag. 118. ſeqq.
** in L. 37. §. 1. D. de Minorib.*

In *diſpenſatione* autem *gratiæ*, quæ ſummæ poteſtatis Judiciariæ eſt, & vulgò *Aggratiandi juris* nomine venit, miſerationi & clementiæ cauſam præbere poteſt æquè ætas, ac alia ratio, ut pœna, ex recta legis interpretatione promerita, vel remittatur vel mitigetur. quomodo Fratres Imperatores Claudiæ crimen inceſti propter ætatem remiſiſſe refert Papinianus. * Quod poſtmodùm imitati Imperatores Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius, omnes à pœna inceſti eximunt, * qui *ætatis lubrico lapſi* ante legitimos annos in illud crimen inciderint. An tamen in hoc, aut in quibus criminibus aliis, & qualem pœnam, propter ætatem ſumma poteſtas remittere poſſit, latius eſt argumentum, quâm ut iſto nunc loco ad examen vocetur.

vid. Grot. II, 20, 27.
** in L. 38. §. 4. D. ad L. Iul. de adult.*
** L. 4. C. de inceſt. nupt.*

Caput IV.
De his, quæ Tempeſtivitati ætas obſunt.

- *I. Quæ hîc amplius tractanda.*
- *II. Obeſt Tempeſtivitati ætatis, quod ſpem naſcituri partus reſolvit.*
- *III. De partu inanimato & animato.*
- *IV. Quatenus Prodigi declarati, Furioſi, Morboſi contrarientur Impeſtivitati ætatis.*
- *V. Mors quatenùs obeſt.*
- *VI. De abjectione & expoſitione Infantum.*
- *VII. De homicidiis.*
- *VIII. De Proparicidio.*
- *IX. De fatali intra ætatem morte.*

I.

ORdo nunc exigeret, ut, quæ Tempeſtivitati ætatis inſerviunt & adhærent hîc exponeremus, qualia ſunt *ætatis probatio, interpretatio, computatio*, aliaque huc facientia. Sed amputare diſſertationem ſuadet ratio noſtra. Inde paucis ea quæ obſunt in vacuam paginam adjicimus.

II. Ob-

II. Obſunt Tempeſtivitati ætatis, viribusque eam exuunt, quædam ante inchoatam ætatem; quædam intra certam ætatis partem, quædam communiter in partibus omnibus. Ante ætatem inchoatam, ubi tamen ſpes præſens inchoandæ eſt in naſcituris, tempeſtivitati ætatis inimica eſt interemtio ejus, qui in ventre eſt: quæ fit vel infortunio, quod ad cauſas naturales ſpectat; vel ex petulantia hominis, quo pertinet caſus Exod. XXI, 22. & imprimis piacula, quibus *commentitiis fraudibus nituntur*, ut ait Gellius, *ut fetus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur*.

N. A. [illegible]II, n

III. Multis vanè diſputandis cauſam dedit diſtinctio inter partum non animatum, & animatum, quam ab Ægyptiis & Græcis accepiſſe Judæos & Rabbinos putat Grotius.* Quid hac de re mentis fuerit Ariſtoteli, apparet ex 7. Polit. 16. In eam opinionem Patrum Eccleſiæ Chriſtianæ deſcendiſſe quoſdam, & imprimis Auguſtinum, † ſatis liquet. In foro ſanè Juridico, * uti receptiſſima eſt illa diſtinctio, ita poteſt tolerari, ad gradus pœnarum conſtituendos, non tamen ſub reſpectu animæ præſentis & non præſentis, ſed ſub reſpectu ſpei, quam Reſp. habet de naſcituro vel remotiorem, vel propinquiorem, quamque concipit ex ſenſu embrionis debiliore, & adultiore. Atque ſic juſtiſſima æſtimatione ſancita eſt lex Imp. Carolina de iſto articulo.

Vid Lugo. *Diſp. 10 ſect. 5. n* 130 *ſeqq.*
* *ad Exod.* 21, 22.
† *c. Moyſes.* 32. *qu.* 2.
* Carpz. *pr. Crim. qu.* 11.
Vid. Sennert. *hypomn. phyſ IV*, 14.
Ord. Crim: art. 133.

IV. Intra certam ætatis partem officio ſuo privatur tempeſtivitas noſtra aliquo modo variis ex cauſis, quæ hominem ætate tempeſtivum gerendis negociis reddunt ineptum; qualia ſunt in Prodigis declaratis, Furioſis, Morboſis. quorum ſingulorum rationes & momenta huc referre nunc non licet.

V. In omnibus ætatis partibus contraria eſt tempeſtivitati ætatis mors intempeſtiva: nam tempeſtivam pro genuino & naturali termino ultimi Senii accepimus jam antè. Iſtam malitia advocat, aut immittit fatum.

VI. Illo modo ſtatim abjectio & expoſitio Infantum ſe oſtendit; de quâ Ariſtoteles *a* legem eſſe vult, Lycurgi inſtituto ſimilem: *nihil alatur mancum, aut membro orbatum*. Sed rectiùs Juſtinianus *b* Imp. *crimen* id vocat, *à ſenſu humano alienum*: & exponentes judicat *tanto deteriores homicidio pollutis, quanto calamitaſioribus id inferunt*. unde hâc de re Nemeſis Carolina *c* pro diverſi-

a 7. *Polit.* 16. v. Plutarch. *in Lycurg.*
b N. 153.
c. art. 132. vid Carpz. *qu.* 10. *Conſ. ult. C. de Infantib. expoſ.*

diverſitate cauſæ, & eventûs vindicandâ ſapienter diſponit. Excipiunt tamen hîc monſtra, *d* quæ contra humanam formam ad alterius animalis potius figuram accedunt *e*

VII. Sequuntur alia homicidia culposè variis modis perpetrata. Nam quæ citra culpam, ***Iure jubente*** fiunt, ibi tempeſtivitas ætatis officio ſuo defungitur, maturum neci aliquem judicans. quod non tantum contingit in facinoroſis, officio Magiſtratus tollendis; ſed & in juſtis bellis, ac ***defenſione***, quam vocant, ***neceſſaria***, *f* in caſu ceſſantis judicii, pro tuendo eo bono, cujus ſemel ablati reſtitutio à nullo Judice fieri poteſt, ***moderatè*** ſuſcepta. Hinc autem removemus cædes pro defenſione pudicitiæ, honoris, fortunarum, effectas. quas tamen ***juris venia*** *g* tempeſtivitati ætatis, æque ac aliis conciliat.

VIII. Occiſio ſui ipſius officit tempeſtivitati: quæ ſi dolo ſuſcipitur, doloſum homicidium eſt, humanoque jure, in quantum id mortuis manet, privantur id peragentes. unde apud M. Senecam *h* lex: *homicida in ſe, inſepultus abjiciatur.* De his graviter Auguſtinus, *i* imprimis contra Stoicam magnanimitatem diſſerit. Si vero ex animi deliquio quis ſe occidat, commiſeratione dignus eſt.

d. *Ant. Matth. lib.* 48. *t.t.* 5. *c.* 1. *n.* 6.
e *L* 14 *de Stat. hom. L.*135 *de V.S.*
f D. Ioh. Adam Oſiander *ad Grot. de I. B.* II, 1, 3. *ſeqq.* Bœcler. *ibid. L. ut vim. D. de I.* & *I. ibi Dd.*
g *Vid L.* 1. *§.* 4 *D ad L. Corn. de Sicar. L.* 1 *§.* 27. *L.* 3. *§.* 9. *de Vi* & *vi arm. L.* 1. *C. unde vi.*
h *Excerpt. VIII*, 4. i *de C. D lib.* 1. *c.* 22. *ſeqq.* Ameſ. *de Conſcient. l.* 5. *c.* 31. *qu.* 6. *Vid. Ord. Crim. Car. V. art.*135. Carpz. *Iur. Eccl. l.* 2 *def.* 377. & *Pr. crim. qu.* 2. *n.* 25. *ſeqq.*

IX. Fatali morti, intempeſtivæ tamen, fixusnè ſit terminus & modus, an mobilis. Stoicis profaniùs diſputatum eſt, hodieque quibusdam Theologis. Eam in rem ex Arabum & Perſarum ſcriptis quædam disquirit Levinus Warnerus. Ad nos illud nunc non pertinet. Hi, qui ante impletam ſenectam fatis ceſſerunt, dicti videntur *ſuâ morte non defungi*, ut *nec ſuâ die mori*, quod obſervat Caſaubonus *k* commentariis ad Suetonium, ubi habet vetus Epigramma; *Inviolatus armis Dei ſuo peremtus hoc ſitus eſt in agro.* Felicitati Evangelicæ videtur attribuere *l* Propheta, *ne ſit amplius infans dierum*, & *Senex, qui non impleat dies ſuos.* Econtrà Eccleſiaſtes * monet, *noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Interim, ut cum Lactantio *m* concludamus, quod ſi vita eſt optanda ſapienti, profectò nullam aliam ob cauſam vivere optaverimus, quàm ut aliquid efficiamus quod vitâ dignum ſit.

k *in Caſar. c.* 89.
l. *Eſai.* 56, 20.
* *VII*, 18.
m *de opific. Dei. c. ult.*

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

THURIBULUM
odoratum

Euſebiæ divinæ,
Eunomiæ ſacræ,
Quas adorant, & honorant;
Sapientiæ, Prudentiæ,
Doctrinæ,
Quibus indulgent;
Stirpi avitæ, Gloriæque inextinctæ,
quibus effulgent

Illuſtriſſimi

DNN. Comites ac Dynaſtæ
DN. HEINRICUS TERTIUS
&
DN. HEINRICUS QUINTUS

Junioris Lineæ FRATRES
RUTHENI
Domini à Plavia &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Jamjam ex Tubiis Illuſtris
Collegii Athenis
abitum maturantes,

Iisque,
Ad exemplum inſigne
ILLUSTRISSIMI PARENTIS
De
Veniâ Ætatis
Lipſiæ olim diſputantis;
Solenni prius monumento,
De
Tempeſtivitate Ætatis,
relicto,
Valedicturi;
In Famæ, Gloriæque
RUTHENIÆ.
Sacello perdevotè
Suſpenſum atque accenſum
A
Cultore humilimo

JOHANNE CONRADO BROTBEQUIO,
Philoſ. ac Med. D. & P.

SAlve, Biga poli, ſalve præfulgida FRATRUM
Biga, ô RUTHENUM præluſtris gloria, ſalve.
Nempe exempla Ducum, Comitum, ac memoranda Dynaſtûm
Ducis in exemplum, Tubiis quo lumen Athenis,
Lumen inocciduum ſeros diffundis in annos;
Quin & ab ILLUSTRI Lampas Phœbæa PARENTE
Olim accenſa, hodie NATORUM pectus adurit.

Audiat ergo omnis, ſtupeat, miretur & ætas:
Ex VENIA ÆTATIS, crevit quæ gloria magna
Ætatis, PATRIS; quæque & tibi *Lipſia* major,
Nunc PATRI ætati, ætatis nunc auſibus inſtat
Aurea NATORUM, mirâ vi Numinis, ætas.
Hi, TEMPESTIVI quonam ſe LIMITIS ÆTAS
Jure coerceri patiatur, voce rotundâ,
Tam ſtabilire pares, quam reſpondere parati.

Mira hæc, cur miror? Nonne eſt divinitus illis
Ingenium, atque annis Legum prudentia major?
Maxima RUTHENI ſic dant exempla per orbem,
Prædigni Regumque & Magni Cæſaris aulâ.
Nec minus hinc PATRIÆ ſolamina magna PATRIQUE,
Et nova RUTHENIS ſurgunt augmenta vetuſtis.
Conflua quin miſcet *Nicro* cum gaudia *Eliſter*.

Cum

Tantum eſt, Tartarea hæc inter tot prælia Mundi,
Seſe inter FRATRES Themidos quod Scuta fatigant,
Cum PATRE quod NATI plusquam aurea prælia
miſcent,

Prælia conſimilis, veluti miſcere ſolebat,
Formæ, Pompejo cum Magno Vibius olim.
Sic, ô ſic, quis non votis ardentibus inſtet?
Prælia cuncta ruant, hæc prælia ſola triumphent!

At tandem, me thura vocant, ego thura crema-
EN THURI Divæ Virtutis, dedita Virtus (bo;
RUTHENUM, ut creſcit, quàm thurea dona meretur?

Jo, Jo!
RUTHENI vivant IN THURE
per ævum!

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE